
Ptolemaei Flauii Coniectaneorũ siue obseruationum in uarios authores centuria prima.

.T. IANI MARII GRIMALDI ANCONITANI.

En lector tenui uides libello,
Quem cudit tibi lychnus eloquentis
Flaui, ænigmata quam bene soluta,
Centum. quid refugis tibi ære pauco
Mercari? cape lætus hunc libellum.




PTOLEMAEVS FLAVIVS SENATVI ANCONITANO.
S. P. D.

CVM Cætera amplissimi patres, quæ ab honesti linea recedũt, pro uirili parte fugi semper, tum illud in primis mihi euitandum statui, ne quando parum gratus illis uideri possem, qui de me bene & liberaliter meriti fuissent, quoniam (aut hore Menandro) ingrato homine terra peius nihil creat, cui sane uitio iam incipiebã esse obnoxius, nisi nuper circũspexissez, qua ratione meum in uos animum declararem. Nam quom triennio, quo iuuentutẽ uestram erudio, eo me fauore, & munificentia habeatis, quo iam pridem neminem, ingrate & parum prudẽter mihi facere uidebar, si tacito tantum assensu, & occulta uoluntate tot uestus in me beneficijs bonum nomen præstarem. quom unam igitur e quattuor centurijs, quas in uarios authoreis elucubrauimus, chalcographis, ut publicum sortiretur, tradere statuissem, illam uobis nuncupãdaz duxi, non ꝙ satis fore putarẽ tot uestris in me meritis, quibus ne Varronis quidem thesauri, aut Pelopis talenta abunde respondeant, sed ut aliqua ex parte animi mei indicium faceret. Neq; alienu; uideri debet, si amplissimo senatui historicas & poeticas obseruationes dicamus, ea.n. rei literariæ uirtus est, ut omnia loco suo fieri indicentur, quæ ad illam pertineant. Hinc ad Deiotarũ

regeꝫ Deiophanes de agricultura, ad Antoninū Opianus de piſcibus, ad Cōmodum Cæſarem de grāmatica Iulius pollux, Vitruuius ad Auguſtū de architectura, & ad Mæcenatem Maro noſter de cultu terræ, & uineis ſcripſerūt. Nam de regimine reip. nos edocere ſuperuacuuꝫ omnino foret, quando ijs ita abundatis, ut uere mihi dicturus uidear, Plus unum Anconitanæ urbis Senatum ad libertatem, & ad pacem tuendam ingenio ualere, quam cæteras Italiæ ciuitates. Sed ad centuriam redeo, (Non enim propoſitum eſt huic epiſtolæ, ut uos laudem, quos ego excetræ cōparare ſoleo, nam ut illi uno exciſo capite tria renaſcebantur, ita uobis, una uirtute probata, plures in cœlum efferendæ pullulāt) huic ego patrocinium ueſtrū dicatione paraui, naꝫ ut eſtis omnium pientiſſ. & æquiſſ. Non patiemini (credo) iniuſte rebus ueſtris manus inferri. Si quid hic offendero, (ſed nolo mihi mala ominari) Non graui feram animo, admoneri, reprehendi, & liberius accuſari, paratus & arguenti gratiam habere, & errata unguibus, & obeliſcis fodere. Poteram uigiliam in multas carthas trahere, ſed eo ſpectaui, ut breue facerem enchiridium, contētus illo centuriam claudi. Interea temporis nitar, ut ſtemmatis ueſtri exordia, quæ epico uerſu mihi cuduntur, lucem accipiāt. Valete patres ampliſſimi, & Ptolemæum ueſtrum ſub ueſtro ſinu placidiſſime cubantem (ut facitis) fouete.

¶EX EPISTOLA HYPSIPHYLES. ET QVE NESCIERIM MELIVS MAGE QuæRITVR HERBIS MORIBVS ET FORMA CONCILIANDVS AMOR. Cap.I.



Llud imprimis cãdidum lectorem admonitum uelim, nihil mihi prius fuisse quam ut sine ulla eruditionis ostentatione hæc scriberem conie ctanea. Quo factũ est, ut paucissimis admodũ scriptorum testimonijs contenti, non erubescamus interdũ minuta quæquæ attingere, optimos colybistas imitati, qui quom aureis numis abundent, perniciosum tamen existimãt, uel æreos trientes despicere, quando ex ijs quoq; res constet familiaris. Præsertim quom nemo nesciat, non nunq̃ magnos uiros in ijs bætsiare, nec defuisse, qui ex singulis literis integra uolumina elaborarint, qualia nõ pauca in nitidissimis Gellij noctibus deprehendunt. Dicendi genus breue ex industria secuti sumus, opinantes gratum fore lectori, si statim cum re ipsa cõgrederemur, nec aliter centurias probari posse existimo. Illud ite; studiorũ quietem obtestans affirmabo, me nihil magis fugisse q̃ quemq; iuuentis priuarem suis. ꝙ si quis hic inueniet, quod dictuz fuerit prius ab alio, tum is sciat latuisse me id, quando recentiorũ authorũ uigiliæ pleræq; ad nos nõ uenerint. Norunt id cum amici mei omnes, tum imprimis. T.

Ianus Marius Grimaldus Anconitanus, qui cũ sæpius de hmõi timore meo locutus sũ. Sed tu lector iudicabis. nunc ad Ouidium redeo. hos uersus uarie legi uideo, Nam sunt, qui sic uelint. Et quæ nescieri, melius ne age quæritur herbis Mobilis & forma cõciliandus amor? Alij sic. Melius mage quæritur herbis Moribus & forma cõciliã dus amor. Romani codices ita habẽt. Et quæ nescierim melius. male quæritur herbis Moribus & forma conciliandus amor. ex quibus lectionibus quom nullus idoneus sensus colligat, sic putarim. Et quæ nescierim. magicis male quæritur herbis, Moribus & forma cõciliandus amor.

¶ Eiusdem ex epistola Didonis. Inq; loco regis sceptraq; sacra tene. Cap. 2.

Hoc ita exponitur ab interpretibus, ut dictio illa sacra epitheton sit sceptri, eo qđ sceptrum proprium Iouis sit, & idem regum insigne, qui Iouis nobis personam repræsentant, ut in hymnis canit Callimachus. sed si ita summitur, proijcienda erit particula una e duabus indeclinabilibus. illud magis placet, ut sacra sit nomẽ substantiuũ pro diuinorum administratione. Scimus. n. tradẽte Seruio & Cicerone maiorum fuisse consuetudinẽ, ut rex esset etiam sacerdos, & Pontifex, & curam gereret sacrorum. quod patet ex. iij. libro Aeneidos. &. xiij. Metamorphoseon de rege Anio. Dido igitur quom sciret Aeneam

diuinorum mysteriorum cura plurimuꝫ capi, nō solum regnum illi offert, sed etiam sacra. quod nō respicientes quidam sacrata emendarunt.

¶Defensus a calumnia Ouidius. & expositus eiusdem ex Hypermestra uersus. Cap. 3.

QVæ tibi causa fugæ, quid io freta longa pererras? Tibulli cōmentator ita hoc interpretatur, ut mirari se dicat correptam a poeta syllabam, quom constet io uocem ouantis breuem esse, nomen uero puellæ sem per produci. quod fugientes quidam non dubitarunt sic deprauare. quid in freta longa pererras? Ego uero non lætantis, sed mœrentis hic uocem esse puto. ut in. iiij. fastorum libro. Illa quidem clamabat, io charissima mater Auferor. & apud Tibullum. Vror io. remoue sæua puella faces. & Claudianum in. ij. libro de raptu Proserpinæ. Mater io. Sed & Sophoclæus Philoctetes identidem saucius clamat io. io. Quod ita decet puellæ miserationem, ut nullum uerbum magis accō modū excogitari queat. si uero placet ad ipsam io referre, dicemus Ouidium usurpasse licentiā, quæ cōceditur poetis in syllabis, ut in Ibin. Quęs memor a sacris nunc quoq; pellit Io.

¶Eiusdem enarratus locus in Heroidibus ex Hermione. Cap. 4.

Q Va duo porrectus longe freta distinet Isthmos, Vecta peregrinis Hippodamia rotis. nō importunū exemplū est, ut existimauit Volscus, nam & si Hippodamia non fuit e genere tantaleo, cessit tamen in illius genus, & id agit Hermione, ut ostēdat hmōi infortuniū commune fuisse omnibus Tātali genus attingentibus, uel in id migrantibus. Nemo enim nescit uxorem in potestatem, & genus uiri trāsire, quod sit, quod dixerit, Hippodamiā uectam peregrinis rotis, docebūt Ianus parrhasius, & Venetus Egnatius.

¶ Thespiensem fuisse Narcissum narrato ad id Claudiani loco. Cap. V.

Thespias urbē esse Boeotiæ a Thespio Teuthrantis filio, docent Stephanus, Strabo & in Homeri catalogo Eustathius. unde Aeschylus in tragœdia Agamēnone Thespiā, urbē Teuthrātis appellauit, hic fuit cupido ille Praxitelis nobilitatus, ut scribit Pausanias, propter quē Thespiæ uisantur, cōsecratus a Phryne nobili scorto, siue Glycerio, ut placet Strabōi. Thespieū fuisse Narcissum tradit Lucianus in. 2. ueredicarum narrationū lib. quod intellexit Claudianus in. 2. de raptu Proserpinæ sic de illo canens, Hūc Helicon genuit. Nam nomina a uicinitate sumi docet Seruius. Heliconem uero mōtem esse Bœotiæ Thespys finitimum norunt omnes.

¶ Ex. iiij. fastorū lib. Sacratūq; Melam pascua læta boum, legendum Mylas & sacraq;. Cap. VI.

QVi Melaz fluuiũ esse Siciliæ tradũt, nulla authoritate nituntur. Legendũ est, ut nos emendauimus, ut accipiatur de bobus soli sacris, qui stabulabant in Sicilia, uiolati demum ab Vlyssis socijs, ut canit Homerus in. xij. odysseæ lib. Mylas oppidũ esse Siciliæ tradunt Suetonius in Augusto, Polybius, Ptolemæus, Plinius, & cæteri, Sed audi Senec. 4. naturalium q̃onum uolumine. Circa Messanam & Mylas fimo quiddaz simile mare profert, feruetq; & æstuat nõ sine colore fœdo, unde illic stabulari solis boues fabula est. Cuius rei meminit & in Phedone Plato: & ijs uerbis Apianus, Mylaꝝ, & Artemisij exigua oppida, in q̃bus solis boues fuisse memorant, & Vlyssis somniũ, Fabulaz pcurrrit & Propertius elegiaꝝ. 4. Lampeties ithacis uerubus mugisse uinẽcos, Pauerat hos phœbo filia Lãpetie. Eritq; sacraꝝ, epitheton boum. Mylas multitudinis numero semper notaui, si libet unitatez seq, nihil impediet, quando & Thespias, & Thespiam supra agnouimus. Sed olim scripsit ad me Thomas hyparchus Anconitanus, qui cum de loco cõmentabar, cogitasse Iacobũ Constantium de repastinatione expositionũ, quas pater in fastos emiserat, quaꝝ unam hanc esse asserebat.

¶ Ex. 4. Claudiani de raptu Proserpinæ. Si tu sancta Ceres. Cap. 7.

HAbeo in manu scripto & castigato exẽplari integram lectionez, Si tu salua Ce

res, ut sit sensus Proserpinæ implorantis a matre suppetias, ut accurrat, ni penitus secum periit, & extincta est. si placet sancta, ita interpretare, ut dubitet Proserpia de matris diuinitate, quoni nō queat filiæ tot supplicijs obnoxiæ præsto esse. Nā quod alij suspicantur, si tu nota Ceres, abest a uero sensu.

¶ Eiusdē in primo, Nereia glauco Neptunū gremio cōplectitur Amphitrite. Cap. 8.

HOc ita accipio, ut sit amphitrite Nereia, idest e numero nereiduz, neq; glauco pro maris numine intelligo, sed epithetō esse uolo eius uocis gremio, ut sit uiridi sinu, sine alterius uerbi intellectu, aut exemplaris immutatione. inde. n. est omnis Plutonis iracundia, φ solus e fratribus uitam agit cælibem. Neq; descendit ad eoz exempla, qui se multo inferiores sint.

¶ Sublata menda ex. vij. mundane historiæ, capite. xij. Cap. 9.

INdubitatū exēplum est Nicei nobilis poetæ Bizātij geniti, qui adulterio Aethiopis nata matre nil a cæteris colore differente, ipse in auum degenerauit æthiopez. legēdum pyctæ, sic enim uocantur a græcis pugiles, qua dictione utitur apud nos Columella, & Plinius alibi. quādo Solinus, quem uere Plinij simiam dixeris, uel plagiariū potius (quā quaz Domitius dubitauit olim uter prior uixerit) pugilem hunc Niceum fuisse apertissime monstrat. neq; placet eoz emēdatio,

datio, qui iuxta Solinum regenerauit legendum affirmāt, quō minime regenerare potuerit, quin degeneraret a matre. cuius uerbi expositio Francisci Polyardi est.

¶ Item ex. viij. cap. xlij. Cap. 10.

NEminem hic alium, quā Alexandrum regio instratus ornatu recepit in sedē, alios passim reijciēs. Aut ego fallor, aut ita corrigendum est, ut alias, non alios legamus. Iam enim dixerat Plinius Bucephalam ephippijs, & ornamentis regijs instructum sessorem alium nullum, quā Alexandrū accipere. superuacuū uidetur, quom hoc expresserit, rursus inferre, alios passim ab illo reijci solitos. at si alias legeris, quod imprimis uerbo℞ ordo exposcit, hic erit sensus, ut dicat equū ipsum, quom nudus equisonem, & alios pateretur, nunq̄ sustinuisse, ut ab ipso Alexandro ascenderet. Quom uero regie ornatus erat, tum illum sessorem patiebatur, alias aūt. i. aliter, hoc est sine regio cultu passim reijciebat. & sic mira designabitur equi natura, qui quom nudus, & priuati hominis ornatu alios non grauaret, Alexādrū non nisi regie stratus ferebat, tanq̄ indecēs iudicaret, tantum regem, alio, quam regio apparatu excipi. hanc emendationem meam laudarunt mihi pleriq; docti.

¶ Emendatus Hyginus in Arctophylace. Capitulum. 11.

HErmippus qui de syderibus scripsit: ait Cererē cū Iasione lætus cum filio cōcubuisse. lege sic. Cererē cū Iasiōe Electræ filio cōcubuisse. Nam hic Iasion: de quo loquitur nūc Hyginus filius fuit Electræ: Dardani frater: ut scribit Diodorus siculus in ultimo lib. Nec te moueat: ꝙ Iasius a Diodoro nuncupatur. Si quidē indifferenter & Iasius: & Iasion: pro codē a poetis enunciatur: ut Androgeus, & Androgeon: Leucus, & Leucon, Hesiodus in Theogonia: & Naso in .iij. amorum Iasium nomināt. in .ix. Metamorph. Iasiona uocauit. Queritur canescere mitis Iasiona Ceres. & Homerus in .v. odyssea: & Theocritus in .iij. idyllio, & idem Hyginus in signo geminorum, ut minime audiendi sint, qui Iasonem agnoscunt.

Correctus Martialis lib. iiij. epigrāmaton in uerbo pondero. Cap. 12.

POndero: potò: cano, ludo, lauo, cœno, quiesco. lege prandeo. quod eo minus tacendū fuerat: ꝙ ubiq; codicū hæc lectio inualuit.

Non mutandū per initia Statim Aeneidos: lauinaq; uenit littora. Cap. 13.

HErmolaus Barbarus in .iij. Plinianarū castigationū uolumine: Lauinia in uetustis Virgilij codicibus scriptum inueniri attestatur: quod & Silium in primo punicorum secutum tradit. Sceptraq; fundarit uictor Lauinia teucris. Ego nihil immuto, quando & quintilia-

nus in.xi. & Aulus Gellius in.x. Non aliter locū citent: sed & Propertius in. ij. elegiarum libro dubium non relinquit: sic de ipso Virgilio: quem de facie potuit noscere: canēs. Qui nūc Aeneæ Troiani suscitat arma. Iactaq; Lauinis mœnia littoribus. adest & locorum ratio: quam Hermolaus non improbat. hanc lectionē secutus est olim: me monstrante Ioannes Franciscus Camœnus Perusinus: dum in pulcherrimo illo Anconitano portu de literis differentes spatiaremur.

Expositum in. vij. Iuuenalis satyra Non quæ uentoso conducta sub aere texit. Cap. 14.

SVb aere: sub dio exponitur a Britannico. sed ego sub atrio crediderim: in quo textrina habebant prisci. Asconius. Telas: quæ ex uetere more in atrio texebantur: diruerunt. hoc idem leges apud Homerum. de atrio sic scribit Sextus Pompeius. Atrium proprie est genus ædificij ante ædem: continens mediam aream: in quam collecta ex omni tecto aqua descēdit. Alij de Tarquinij aggere suspicātur. qđ nulla authoritas fulcit.

Monstratum Aulum Gellium Romanum fuisse. Cap. 15.

REtulit mihi olim. L. Federicus Turcella, qui cum libenter ego de literis commentabar, Christophorū Pierium Gi·

gantem in ea fuisse opinione, ut Gellium noctiuz atticarum authorem, Galluz crediderit. in cuius sententiam ego quoq; aliquando iui nō sine multorum elegantiū hominū assensu, propter ea uerba ex libro. 2. Nostri namq; Galli, uentum ex sua terra flantem, quem sæuissimū patiūtur, Circiū appellant. nam eo modo, Nostri Galli dictuz uidebatur, quo apud Martialē. Nostræq; laus Hispaniæ. & Claudianū. Nostro cognite Nilo. Nūc autem secus sentio, eumq; Romanū puto, nec tantum hominē transalpino orbi concedendū existimo, Quod sedulo lectori ex ipsis noctibus nō uno in loco aperte dabit cognoscere. Illud uero, quod suspitionē hucusq; attulit, nihil ad Dionysiū, naz ea uerba sunt Fauorini, ut diligenter inspicienti patebit. Fauorinū fuisse Gallum ex Arelate docet Philostratus. scribit de illo Aelianus, ꝙ mirātibus proximis, ꝙ in disputatione quadā Hadriano cessisset, Nonne inquit cedam ei, qui. 20. habet legiones. Circius, ut tradit Plinius: in Narbonensi flat Gallia. ubi & Arelate est.

¶ Legendum apud Virgilium, Humentia Cirum littora, non hymetia ex libro. vij. Cap. 16.

IBat & Hippolyti proles pulcherrimi bello Virbius: insignem quem mater Aritia misit Eductum Egeriæ lucis, humentia circū littora. sic legendum, non hymetia. quod neq; syllabæ ratio, neq; loci situs patitur. hoc non fuit pretere

undum, propter depravatos codiceis.

¶ Enarratum apud Iuuenalem in. 4. satyra. Iam quartanā sperātibus ægris, Stridebat deformis hyems. Cap. 17.

SPerantibus, pro timentibus per acyrologiaꝫ accipiunt omnes. Sed dicāt mihi quæso, qui cotidiana & continua laborant febri, quid habent, quod ulterius formidēnt? quom ægrotātes, & assidua ualetudine laborantes, nihil timere soleant, Quod intensiore illos dolore affecturū sit, præcipue si æstiuuꝫ tpus euaserint, & iā hyems aduētet. quā ob rem malim exponere, sperātibus genuina, & propria uerbi significatione. Scimus enim scriptum esse a Celso, quartanā neminē iugulare, & plærūq; fieri ut ægrotantes cupiant. febrim, quam cotidie patiuntur, in quartanā commutari. idq; autūnali præsertim tempore sperāt, quo fit febrium cōmutatio. hoc ego censeo, suam quisq; sequatur mentem.

¶ Perpēsum apud eundem. Vos anguilla manet lōgæ cognata colubræ, ex satyra. v. Cap. 18. ✠

OStendit mihi olim Theophilus Caballinus Sentinas codicem, qui fuit Bessarionis perlatus illuc forsan a Nicolao Perotto, in quo adnotaui collata, nō cognata, ut collata similis exponi possit: ut dicat in derisum cœnipetaꝝ, apponi illis anguillas serpentibus similes, quas si eis cōtuleris nequeas secernere, anguis ne

sit: an piscis: nam quod putant quidã anguillas cum serpentibus coire: & interpretantur: cognata eiusdem generis: authores non habent: neq; ullum e uulgo adhuc inueni: qui hoc existimarit.

¶ Enarratus Martialis in .x. Cap. 19.

SCribere te quæ uix intelligat ipse Modestus,
Et uix Claranus quid rogo Sexte iuuat?

De Modesto iureconsulto intelligit Domitius: sed quom Modestinũ: non Modestum legamus clarum iuris interpretem: placet ut de Iulio Modesto celeberrimo grãmatico dictum accipiatur. qui libertus fuit Iulij Phygini ut tradit Trãquillus. hunc Gellius: quod non nihil ad locum facit: confusas quæstiones dicit scripsisse. de hoc certe accipi debet: quando & Claranus grammaticus fuit.

¶ Sisaponem in secunda philippica non esse Antonij uillam. Cap. 20.

QVid erat in terris ubi in tuo pedem poneres: præter unum Missenum? quod cu; socijs tanq̃ Sisaponem tenebas. nõ placet hic Sisaponem Antonij uillam accipere. quom nusquã legamus nomen fuisse prædij. Sisapones duæ sunt in Hispania Lusitania, uetus: & noua. Scribit Pli. in Sisaponensi regione celeberrimum minium prouenire. expositionem hanc nostram comprobat Raphael Volaterranus.

¶ In eadem philippica locus alter. Cap. 21.

CVm caligis & lacerna cucurristi. lege cũ Gellio Gallicis ex. xiij. noctium atticarum. quod boni interp̃tis fuerat retulisse. quid autem Gallicæ proprie sint, ab eodem explicatum habes.

❡ Emendatus Plauti uersus in Bœotia.
Cap. 22.

EX Plautiniss. mis illis uersibus, qui apđ Gelliũ leguntur libro iij. hic mihi non sine mẽda uidetur. Vbi ubi iste monebat esse: nisi quom nihil erat, Exposcere enim uidentur cũ sensus: tum uerba subsequentia: ut nolebat reponatur. tametsi & ueteres: & qui nuper emendatissimi prodijsse iudicantur codices, contra habeãt.

❡ Declaratum Penelopes etymon. Cap. 23.

NOn nulli e grãmaticis ætatis nostræ a lanificio Penelopem cognominatã contendunt. Nam græci πηνίον fusum uocant quo uoluitur subtegmen. magis placet, quod a receptissimis traditur authoribus: scribentibus Penelopem, quom prius Arnæa diceretur, expositã a parentibus Icario. s. & Peribœa ab eiusdem nominis auibus educatã. a Pyndari iterprete dissentit Didymus: scribens id incõmodi a Nauplio tulisse Diomedis mortem ulciscente & a Penelopibus seruatam, nomen quoq; meruisse. Penelopes ex accipitrum: siue anserum genere: memorat cũ Plinius & Aristoteles: tum Comicus Aristophanes.

¶ Nix purpurea quæ sit in elegia qua Mæcenatis obitus deploratur. Cap. 24.

BRachia purpurea candidiora niue. nō desunt, qui purpureā niuem pulchram accipiāt, quo modo & Oratius purpureos olores dixit. sed quom Plutarchus in Alexandro duplicem faciat purpuræ speciem, rubram. s. & albam, non absurdum erit candidā sūmmere. nisi quis perpura malit legere, quod non displicet.

¶ Restituta pristinæ lectioni uerba Hieronymi contra Iouinianū. Cap. 25.

CHalcodecus quoq; illa filia Leo uirgo pꝑpetuam pestilentiam patriæ scribitur spōtanea morte soluisse. Legendū sic, Chalcœcus quoq; illa, filia Cleonis uirgo, perpetuā pestilentiam patriæ scribitur spontanea morte soluisse. Nam quom longa peste lacedæmonij uexarentur, respondit Apollo, finem mali inuenturos, si uirginem generosam immolassent, cum sors obtigisset Helenæ cognomento Chalcœci (quod & Palladis est) se morti obtulit, & patriam liberauit. Pars huius historiæ habet̄ in Paralelijs Plutarchi. Pars apud Pausaniam in rebus Peloponnesiacis. locum mihi monstrauit Catanæus.

¶ In ultimo epistolarū familiariū Ciceronis enarratus locus. Cap. 26.

DEmetrius iste nūq̄ omnino Phalereus fuit sed nunc plane Bilienus est. sunt qui Bellienus legendum putent, q̄ is, ut legimus

in epistola Cælij, uerna fuit Demetrij, ut sensus sit. Cic. Demetriũ hũc, qui Phalereus uideri optabat, nihil differre a seruo suo, uerba Cælij sunt ista. Adeo ꝙ Inte melij in armis sunt, neq; de magna causa, Bellienus uerna Demetrij, qui ibi cuꝫ præsidio erat, Domitiũ quendã nobilem illic Cæsaris hospitem a contraria factione numis acceptis cõprehendit, & strangulauit. de. L. Bellieno qui auunculus fuit Catilinæ, meminit Asconius Pedianus. Ego nihil immuto sed a'bile deductuꝫ uerbum existimo. ꝙ esset iracũdus. de hoc Demetrio plura Plutarchus in Pompeio.

¶ Sublata menda ex digestis de ædilitio edicto. Cap. 27.

QVæsitum est an balbus, & Blesus, ẽ an tripus, isq; qui tardius loquitur, & Varrus, & uaricus sanus sit, ẽ opinor eos esse sanos. Si quis locuꝫ diligenter examinauerit, inspiciet legẽdum esse traulus, pro eo, quod est tripus. Ita enim uocantur a græcis, qui deficiunt in enũciando proferendoq;, r, elementũ; quod physici ex humiditate linguæ putant accidere.

¶ Emendatus uersus Papinij Statij in syluis. Cap. 28.

QVæ super imposito moles gẽmata colosso. Stat latium complexa forum? lege. Quæ superi imposito moles geminata colosso Stat latiũ complexa forum? Sed de Papinij nodis plura dicemus in secũda centuria.

¶ Ex prima apud Iuuenalem satyra. Nota magis nulli domus est sua, quã mihi lucus Martis. Cap. 29.

NOn iprobantur mihi, quæ in hoc loco scribunt cõmentatores. Sed quia Ioãnes Baptista Plautius nouam addit lectionem, qua Martis cum Venere adulteriũ monstratur, age si placet tertiam agnosce. ea est: ut una dũtaxat addita literula, luctus legat, ut exprimat per id bellum Troianũ, quod scripsit Nero, & obiter lancinet sæuissimũ imperatorem, qui non dubitarit urbe; incẽdere, ut scriberet Troica: de quibus cum ipse alibi. tum Seruius. Lucanus etiam & troianũ, & urbis incendium cecinit. ut irascatur poeta hæc cotidie agi. leges apud Homerum iliados. v. Martem a Diomede sauciũ præ dolore ingentem edidisse eiulatum. quantus nouẽ decem ue milium hominũ pugnam ineuntiuꝫ esset. uel ad id referendum: ꝙ Mars ab Oto, & Ephialte arctis uinculis alligatus, & in æream ollam detrusus graues pertulit cruciatus: sed hæc excitatio sit non indicium.

¶ Apud eundem ex eadem satyra. Quom pars niliacæ plebis: emendãdum uideri: Quom pus. Cap. 30.

HEmistichiũ hoc eiusdem poetæ semper mihi mendum subolere uisum est. quom laudi propius sit: q̃ uituperio, eũ: queꝫ maxime conuitio feceris: populi partẽ appellare. neq;

illud obstiterit, q̄ niliacæ plebis dixerit: q̄n & ex ægypto: & ex plebe maximi uiri fuisse dep̄hendā tur. adiuuat hoc, & quod seq̄tur: quom uerna canopi. Non. n. consectaneū̄ uidet̄: ut quem plebis partem dixerat: eundē̄ seruū̄ uocitet. itaq; semp̄ rectius indicaui: ut pus legeret̄. quā lectionē̄ con firmant poetæ uerba in iij. satyra. Quota portio fecis achææ. Apuleius quoq; in. vij. de asino aureo despicatissimū̄ signans: Vnū̄ inquit de triuiali populariū̄ fece. hoc idem habes a Plinio medicos græcos fecē̄ uocante. Ne fecē̄ q̄dem, aut insci tiam eius turbæ arguamus, ipsorū̄q; intēperantiā in morbis. huc allusit Callimachus: quo; inimicū̄ suū̄, Ibin appellauit. sensus erit poetæ: Crispinum non hoīē̄ esse: sed uilissimæ plebis ægiptiæ putre dinem. Hūc alibi monstrū̄ nuncupauit.

¶ Nū̄q̄d Iuuen. lapsus sit in xi. satyra. Cap. 31.

Neq;. n. loricā̄ poscit Achillis Thersites. si uerū̄ est, quod scribit Quintus. hunc alapæ ictu ab Achille interēptu;, armorū̄ certamini īteresse nō̄ potuit: dicemus ergo uel̄ memoriola lapsu; poetā: quod & Suidæ: & alijs nō̄ paucis q̄n̄q; contigit: uel historiā̄ uariasse, uel Thersitem pro quo uis despicatissimo homine posuisse, Thersitem ipsum referente. Nam qui hūc ab Vlysse interfectū̄ tradunt sceptri uerbere: Homerū̄ nō̄ legerunt. Hic Quintus, quē̄ græci Cointū̄ uocant, poeta Rom. fuit, Successitq; Homero ī cō̄sumādā Iliade: eodē̄ carmiē̄: atq; eadē̄ lingua eius imitatus

Rhapsodiã admodũ adulescens. hunc multo tẽpore cunctis ignotum e situ puluereo protulit Bessarion Nicæas, ut legimus in græca grãmatica Cõstantini lascaris. de cõmentatiõne hac nostra inuenies apud Vallam pusillum quiddam.

¶ Nunquid Solinus, & alij errarint in denominatione Neapolis. Cap. 32.

SCribit Solinus, cũq; Solino plæriq; e recentioribus Parthenopem Neapolin ab Augusto nominatã, quod uerum esse non sinit Cicero, qui cum sæpe alibi, tum in familiaribus epistolis Neapolitanorum meminit: magis probandus Strabo. cuius hæc uerba sunt. Post Dicearchiã quidẽ Neapolis est Cumanorum. postea uero & Chalcidenses incoluerunt, & ex Pithecusis, Atheniſq; uenientes, unde & noua ciuitas, idest Neapolis appellata est. Solinũ hinc deceptum exiſtimo, quod legerat Philippos Macedoniæ urbem, quæ prius Crenides uocata est (ut scribit Artemidorus in Epitome. x. ciuitatũ) Neapolin ab Augusto uocatam, uicto ibi Bruto. Nam plures fuerũt huius nominis urbes.

¶ Expositus Aristot. in. ix. de natura animalium. Cap. 33.

LOquens Aristoteles de Morphno tertio aquilæ genere, quam & percnon, idest næuiam (ut uertit Theodorus) uocat, scribit de illa meminisse & Homerũ in exitu Priami. in exitu accipe in egressu ex Ilio ad Achillẽ Home

ri uerba latina adposui propter impressores. Statim aquilam misit, perfectissimā uolucrum Morphnon uenatricem, quam uocant etiam percnō. Subycit deinde Homerus, quod ea aquila augurium Priamo fecit apertis alis ad modū ualuarum alicuius regij cubiculi: sed hoc illis scribit, qui propter græcarum literarum ignorantiā, nesciunt Homeri Iliadem uiuo adhuc Priamo claudi.

¶ Ausonius enarratus in uerbo Metanœa. Cap. 34.

QVæ tibi iūcta comes? dicat tibi, dic rogo quæ sis, sum dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit. Sum dea, quæ factī, nō factiq; exigo pœnas. Nempe ut pœniteat sic Metanœa uocor. hic Metanœam pleriq; post uidentiā interpretātur, quod sit idem in sensu cum pœnitentia, astruētes non posse simpliciter Metanœam pro pœnitentia accipi, quod hæc uox frequēs sit Cicerōi. Illa uero nunq̄, quo quid dici potest in sul sius? ad id referendū est. quod Cicero in libris, qui leguntur de natura deorum, cum multas nominarit, nullum de hac Ausonij dea faciat uerbum.

¶ In. iij. Aeneidos, quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames. Cap. 35.

QVoniam græce ἱερὸς & sacrum, & magnū significat, idcirco Codrus Vrceus sacram famem magnā hic accipi debere scribit. ego uero quom perspiciam Plinium ijs uerbis locum digito indicasse. Vtinam posset e

uita in totum abdicari aurum sacra fames, ut celeberrimi authores dixere, proscissum cōuitijs ab optimis quibusq;, & ad perniciem uitæ repertū, malo cum Seruio sacram, exacrabilem.

¶ Non mutandum Valerij Maximi codicem in primo. Cap. 36.

INimicorum conspiratione urbe pulsus. M. Cicero, quom in uilla quadā campi Atinatis diuersaretur. Atinatis inq̄, nō Arpinatis, quod patet ex ipsius. M. Tullij uerbis, quæ posita sunt in primo de diuinatione. Venio nunc ad tuū. Audiui equidem ex te ipso, sed mihi sæpe noster Salustius narrauit, quom in illa fuga nobis gloriosa: patriæ calamitosa: in uilla quadam campi Atinatis maneres, magnāq; partem noctis uigilasses, ad lucem deniq; arte, & grauiter dormitare cepisse. inferius, diffusius eadem omnia habentur, quæ refert Maximus.

¶ Explicatus Gellius in. ix. Cap. 37.

ANtiquos Romanorum audio prænomia patriciorum quorūdam male de rep. meritorum, & ob eam causam capite dānatorum cēsuisse, ne cui eius gentis patritio inderētur. Ne labores diutius in perquirenda historia, audi quæ scribit Sextus Pompeius. Manlium patritiæ familiæ neminem uocari licuit, post eum Manliū qui Gallos a Capitolio depulit, quod is regnum occupare conatus, necatusq; est.

¶ Reformatus Asconij Pediani locus. Ca. 38.

SIgnum Vortunni inquit Asconius in ultimo uico thurario est, sub basilicæ angulo, pleẽtẽ tibus se ad prostramus dextram partem, pu to legendum sic. Flectentibus se ad rostra ad dex tram partez. scimus enim rostra fuisse Romæ an te curiam hostiliam in foro Romano cui & basilicæ adiunctæ esse debent, ut tradit Vitruuius in. v. qui se basilicæ iuliæ faciédæ pfuisse memorat

¶ Pensitatus Plinius. in. xxxv, Cap. 39.

CVm Aesculapio filiæ Hygia, Aegle, pane, Calassus, & Onager. hunc Plinij locum ex. xxxv. cap. xl. mundanæ historiæ non sum nescius ab Hermolao emédari, cũ Aesculapio filiæ Hygia: Aegle, Panacea: Iaso: sꝫ quõ uox illa calasus nescio quid ulterius petere uideatur, & Suidas quinq; fuisse Aesculapij ex Epione filias memoret, ita commode legi posse coniecto, cum Aesculapio filiæ Hygia, Aegle, pancaea, Iaso, Acheso.

¶ In. lxxx. Senecæ epistola Sciamachiam legendũ uideri, pro eo, quod est Speromachiam. Cap. 40.

HOdierno die non tantũ meo beneficio mihi uaco, sed spectaculi, quod omnes molestos ad speromachiã auocauit. puto emẽdandũ sciamachiã, ea est (ut late docet Politianus) umbratilis pugna, ex duabus uocibus græcis facta dictione, latine licebit uertere incruentã pugnæ meditatiõe; quali Romana iuuẽtus exer

tebatur, Titus Ianus Marius Grimaldus Anconitanus ita legit, ad se Naumachia aduocauit.

¶ Eiusdem ex primo de Beneficijs sublatus Naeuus alter. . Cap. 41.

DE gratijs loquens idẽ Seneca sic scribit. Inueniã alium poetã, apud quẽ praecinantur, & spissis, aut phissianis prodeãt. uetus codex, qui fuit Antonij Philaristae foro sempronienfis, pro eo quod legitur phisianis, phaecasiis habet, integra (ut puto) & incorrupta lectione. Sũt.n. phaecasia e genere calciamentorũ, ut ostẽdit hic idẽ Anneus. Pythagoricus quidã emerat a sutore phaecasia. inde phaecasiati cum Dij, tum sacerdotes, de dijs meminit Iuuenalis. quis aliqui malint, hic Asianorũ apud satyrũ. Philelphus putabat phaecasion rusticũ calciamentũ. pro eo, quod est, spissis, nõ incongrue spathalijs reponetur. Est enĩ spathaliũ ornamentũ muliebre Plinio, Plauto, & alijs nõnullis, a σπαταλῶ quod est delitior, uel a spathale nympha, ut existimauit Hermolaus.

¶ Non lapsum Ciceronẽ in primo libro epistolarum familiarium. Cap. 42.

NAm illo si ueneris, tanq̃ Vlysses cognosces tuorũ neminem. Sunt qui Ciceronẽ taxẽt in ijs uerbis, tanq̃ Homericae historiae parum memorem. Apud quẽ legimus. Vlyssem sub peregrini habitu Ithacam reuersum, suos quidẽ cognouisse omneis, ipsũ uero cũctos latuisse, praeter Argum canem, & Eurycliam nutricem. Ego

ut certo

ut certo scio. M. Tulliũ uiruꝫ in literis unicũ, uulgatissimã tenuisse historiã, sic etiam cõtenderim, illum aliunde cõmentum hoc accepisse, q̃n in plærisq; alijs Romanos secutus annales & authores, diuersa a cõmuniori opinione tradiderit. quale interim sit illud de Absyrto, quẽ & Aegialeum uocat ex Pacuuio, uerba apposui ex .iij. lib. de natura deoꝝ. Quid huius Absyrto fratri, qui est apd Pacuuiũ Aegialeus? Sed illud tamen uęteꝝ literis usitatius. & de Coriolani morte, quẽ Atticus scripserat pari obitu cuꝫ Themistocle perijsse, de cuius nece diuersa a Thucydide Clitarchus: & Stratocles prodiderunt, ut habet effusius in libro de claris oratoribus. potuit id Cic. ex Liuij antiquissimi poetæ Odyssea sumpsisse, ex qua & Gellius q̃nq; testimonium citat, quãdo & Cæcilius ex Menandro, & alij ex alijs: sũmentes, multa addant, quæ in græcis codicibus, non legant, & multa quæ leguntur: secus uertant. quod apparet in Maronis poemate, & in plærisq; alijs. Cicero certe in eo quo dixi de claris oratoribus sic scribit. Nam & Odyssea latina est. quid q̃, eodẽ authore cõcessum est rethoribus ementiri in historijs, ut aliqd dicere possint argutius? Hæc nos aduersus Cicero mastigas, quibus plura addidissem, sed uolui alijs relinquere, quo facundiæ parenti patrocinium ferrent.

¶ Defensus a calũnia Cicero. Cap. 43.

Illud quoq; nõnulli ad Ciceronem pertinere arbitrant: quod legatur apud Homerum in xxi. iliados. Achillẽ urbis expugnatorẽ dici Αὐτὰρ δὴ ὥς ἐνόησεν Ἀχιλλῆα πτολίπορθον. i. Sed postq̃ cognouit Achillem urbis expugnatorem: ꝓpter illa ad Plancũ uerba in. x. libro epistolaꝝ. Tu contexes extrema cum primis. qui enim. M. Antoniũ oppresserit: is bellũ confecerit. Itaq; Homerus nõ Aiacem, nec Achillẽ, sed Vlyssem appellauit πτολίπορθον. Possem ego Ciceronem, a calũnia defendere: quo modo Asconius pedianus Luciliũ: nam semel uicinũ est ad pene nunq̃: sed id cum istis uitilitigatoribus usurpare nolo, illud itaq; placet: ut dicamus Ciceronẽ consulto omisisse de Achille, ut firmius Plancũ retineret, ut tum demum se uerã gloriam adeptũ putaret, quoꝝ oppresso & ꝓfligato Antonio: patriæ nũq̃ defuisse iudicaret: alioq quæ in illam diem gessisset: nõ satis illi fore ad libertatis assertoris nomẽ & reip. uindicem. ut neq; Aiaci: neq; Achilli præclare in bello gesta expugnatoris urbis nomẽ uẽdicarunt, qđ postremo quo Troia capta est anno morte præuenti pro re græcoꝝ non laborarũt. qđ eo indulgentius sibi faciendũ putauit Cicero ꝙ de Aiace nunq̃: de Achille semel, de Vlysse frequentius legerat: uolebatq; quo quo modo poterat de Achille Plancuꝝ nõ reminisci: ne id illi iam in deterius declinanti, causaꝝ præstaret alienationis a a rep. Tu uero lector si potes ualidiora cogita: ne

obijciatur Ciceroni a quo eloquētia insignimur, Μῦκ μουσικὸν ἀμαρτήματα. quod longe grauius sit, quam Eupolin pro Aristophane posuisse, aut Agamemnonem pro Vlysse.

¶ Ex Iuuenalis satyra.vi. Et nigrum flauo crinem abscondente galero: aliter enarrandum, quam uulgo exponatur. Cap.44.

GAlerus præter notum capitis tegmentū sūmitur interdū pro capillamēto, hoc est adulterina, apposititia: & aliena coma. Tranqllus in Nerone, Post crepusculū statim arrepto pileo. uel galero popinas inibat. idem alibi Galericulo capiti ꝓpter raritatem capilloꝝ adoptato: & annexo. ꝙ hoc sensu accipiendū est hic. quom superius de cucullis præmissa mentio sit, q̄bus cooperuisse sibi caput Messalinā intelligo. ad iuuat hoc & epitheton illud flauo: quod ut pileo non cōuenit, ꝙ fugienti nosci, ita comæ quadrat: ut nullū magis, quom (authore Seruio) impudicæ mulieris flaua sit coma, caste uero nigra: quā: ne agnosceret Messalina in coitu adulterino crine ꝙ meretricio texerat. ꝗꝗ Naso in Fastis ab obseruatione illa Seruij recessit: sic de Lucretia canens. Forma placet: niueusq; color: Flauiq; capilli: sed hoc postremū ab aliis ante nos animaduersum est, ne interim quēquam inuentis suis priuemus.

¶ Patauinitas in Tito Liuio reprehensa, quæ esse uideatur. Cap.45.

PAtauinitatē, quā Asinius pollio in Titi Liuij oratione inesse putabat, sic accipit Fabius quintilianus lib. viij. ut inde reprehēsum nitidissimū historicū uideat͂ astruere, qđ plærumq; peregrina & externa illius redoleat oratio. Quare inqt si fieri pōt, & uerba omnia, & uox huius alūnuz urbis oleāt, ut oratio Romana plane uideat͂, nō ciuitate donata. Atqui si res ita se habet: ut ad optimā, & oībus constantē numeris orōnem, requiratur etiam, ꝙ opus est in urbe nasci, ne quod Theophrasto Athenis, alijs quoq; Romæ peregrini, & hospitis nomen obyciat͂, dicemus in ipso quoq; M. Tullio Arpinitatē inesse. Sed quoz sciamus Liuiū, ipsum eloquentiæ parentē Ciceronem oībus prætulisse, quod datur intelligi ex eius ad filiū epistola, ī qua hortatur illū, ut. M. Tulliū uel eius quā simillimos imitetur: & eū esse nitorez Liuianæ historiæ ꝓspiciamus, ut nihil nō romanā redoleat orōnem, aliud certe significare uoluisse Asiniū pollionē ꝑ patauinitatē astruemus, quom nullū legatur in Liuio uerbū nisi probum, & uere Romanū. Naz qđ Franciscus philelphus in familiari scribit epistola, eaz esse in Liuio patauinitatem a Pollione taxatā, quod plærūq; neglexerit, sequi uulgare genus orationis, & se cōis sensus cōsuetudini minus accōmodarit, nō sequor. sed illud Asiniū innuisse suspicor, ꝙ quom placeret sibi breuissimus dicendi modus, & nihil probaret, qđ pluribus explicet͂, & lacteam hubertatē in Liuio in-

tueretur, offensus ea, utpote ingenio suo Laconismum appetenti, satis minime faciente, taxauit in illo patauinitaté, qñ in hodiernũ usq; diem Patauini male audiant de effusiore quadã sermonis prolixitate, qbus hũc tradũt esse in loquendo morem, ut semper ab ouo exordiant. ut & in Bergomatibus ineptitudinẽ orõnis audimus. hanc igit dicendi copiã exosam habens Pollio, & uolens (ut illius mordacissimũ fuit ingenium) in historicorũ principe aliqd cauillari, quom patauinæ urbis in loquendo morẽ teneret, nihil aliud habens quod rephenderet, obiecit in eius oratione patauinitatez inesse. quo modo. n. Liuio indulsisset Pollio, pcipue historias texens, qui ne Ciceroni qdem ipsi, & eius Synchrono Salustio pepercerat? Illud interim citra maledicentiã dictũ uelim, inesse interdum (qđ uitium indicabat Pollio) in Tito Liuio multa, quæ sine historiæ danno minus hubertim plæriq; exprimi posse existimant. Hãc itaq; patauinitatẽ uocabat Pollio Asinius. hãc ego opinionem, nõ manteuz uideri uolo. C. quoq; Calicula uerbosuz Liuiũ appellabat. ut scribit Tranqllus.

¶ In Seneca epistola. cviij, Emendatum Ennij carmen, Cap, 46.

APud Ciceronem in ijs ipsis de rep. hoc epigrãma est. Nisi faciendo plagas cœlestiũ ascendere cuiq̃ est, Mihi soli cœli maxima plaga patet. quom cogitaré de reformatione carminis, indicauit mihi Grimaldus integrũ esse

apud Lactantiũ Firmianũ libro primo. Si fas cædendo cœlestia scandere cuiq̃ est. Mi soli cœli maxima porta patet. uerba sunt Aphricani apđ Ennium. Mi pro mibi a græco Moi.

¶ Inscriptaq; lintea uadit, apud satyruʒ exviij. quem habeat sensum. Cap. 47.

DAmasyppus ad illos Thermaꝝ calices, inscriptaq; lintea uadit. hic lintea pro sudariis exponũt interpretes, quæ quõ picta essent, quasi inscripta uidebant̃. quẽ sensum ut non penitus damno: ita illud magis placet. ut per lintea inscripta, scortũ ipsum in thermis prostãs intelligas: ut duo taxet in Damasyppo, & qđ Thermas popinasq; adiret potationis gratia: & ibidẽ Phryne oblectaret̃, inscripta. n. ꝓprie ea dicũtur quæ titulũ ostentant. Meretricũ aũt cellæ, qbus plærũq; uela ꝓtenduntur: inscriptiones, & prostantiũ nomina gerebãt. Martialis. Intrasti quoties inscriptæ limina cellæ. Iuuenalis alibi, Titulum mẽtita Lycisce. Seneca. In cõmuni loco stetisti, suppositus est cellæ tuæ titulus, uenientẽ recepisti: item nomen tuũ pependit in fronte: precia stupri accepisti. Idẽ Seneca. Deducta es in lupanar: accepisti locũ, preciũ constitutũ: titulus inscriptus.

¶ Ex ꝓpostero apud Iuuenalẽ uersu: satyra prima ueꝝ confundi sensum. Cap. 48.

POne Tigillinuʒ: tæda lucebis in illa: Qua stãtes ardent: qui fixo gutture fumãt, Et latum media sulcũ deducit harena. boꝝ uer

sium postremū existimo nō positū suo ordine sed inuersum: debereq; statim sequi post id pensilibus plumis: hac serie. Qui dedit ergo tribus patruis aconita: uehatur Pēsilibus plumis, atq; illinc despiciat nos, Et latū media sulcū deducat harena. ut sit sensus: ueneficū illum seruo₰ cœtu stipatum unū quēq; prosternere. & sulcū quēdam efficere e calcatis hōibus: dum incedit in lectica per theatrū, quod & alibi querit poeta, & discimus a Seneca: sine frequenti lectione cuius necesse est multa apud hūc ignorari. illud paulo supra, cuius nō audeo dicere nomen: lege cuius nunc audeo dicere nomen? sed hoc audio excogitasse etiā Iacobū Constantium in ijs, quæ in hunc ipsum parturiebat poetam.

¶ In eadem eiusdem satyra enarratus locus alter. Cap. 49.

ATq; triumphales: inter quas ausus habere Nescio quis titulos ægyptius: aut arabarches. Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est, omnes de Crispino intelligunt: sed quom nulla extet historia: quæ doceat illum Romæ statuam meruisse: & Crispinū ad maiorem contemptū frequētius proprio nomine notet poeta: placet ut de Iosepho intelligatur, seu maius tu Iosippo. Hic ut scribit Hieronymus a Vespasiano captus cum Tito filio eius relictus est Hierosolymis. Hic Romam ueniens septem libros iudaicæ

captiuitatis impatoribus patri, filioq; obtulit, qui & bibliothecæ publicæ traditi sunt, & ob hoc ingenij gloriã, statuã quoq; meruit Romæ. hic est ille Iosephus, qui a iudæis dux creatus est ad bellũ cõtra Romanos gerendũ, captusq; in expugnatiõe Iotapatæ, & ad Vespasianũ per Nicanorem ductus de eius imperio prænũciauit, historiæ meminit Orosius, Eusebius, & Tranqllus, Hieronymus græcũ Liuiũ appellat, eiusq; recenset uigilias. ut de hoc intelligã uel illud psuadet, quod ubiq; Iuuenalis diuinaculos istos isectatur. bene dubitat poeta de illius natione, ut maior oriatur indignatio, du; in ambiguo est: ægyptius ne sit, an arabs, qui iudæus erat. a uicinitate locorũ sumpta denominatione, uox illa Arabarches hunc certe designat, pfecturã illa; indicans, de qua supra, nõ sine ducis labe, qui molles & effœmiatos, imbellesq; exercitus duxerit. indignatur poeta, q uictus: & captiuus Iosephus ausus fuerit errigere sibi triumphalem statuã, ut q Hieronymus uirtuti & ingenio dat, hic fortunæ & diuinationi tribuat. ea forma dictũ est triũphales, qua supra heracleas, & diomedeas. ut non necessario faciant qui codicez inuertentes Herculeas res contendunt.

¶ Iynga eandem uideri, quæ sit σεισοπυγίσ. Cap. 50.

THeocriti interpres, & græci dictionarij author eandẽ esse scribunt iyngen, quæ sit σεισοπύγισ. Ioannes Baptista pius distin-

guit. ut iynx fit, quã uerticillã latine nũcupamus, σεισοπυγὶς uero motacilla. addo Suidæ uerba, ut uel errãtibus patrocinet̃, uel cũ illis errare dep̃hendatur. ἴυγξ τὸ ὄρνεον τὸ λεγόμενον σεισοπυγίς.

¶ Ex. xi. apud Iuuenalẽ, qui lacedæmoniũ pedemate lubricat orbem. Cap. 51.

Non nostri pudoris est, quod seq̃tur, tamẽ ut rem latinã inuenimus, nõ pigebit & qd ego sentiaꝫ explanare, poppysmate legẽdum puto, ut summat̃ pro sibilo, qui in re obscæna fieri consueuit, iuxta illud Martialis, qui ridere põt fatui poppysmata cunni. per orbem Lacedæmoniũ præposterã uenerem accipio, nam primi lacedæmonij ut refert Thucydides, corpora ad Athleticã nudarunt, & oleo unxerunt, quom oliꝫ etiã in Olympia subligaculis pugnando Athletæ uterent̃. hinc libido in pueros exarsit ut tradit Cicero. de quoꝗ corruptela, & stupris, Sæpius queritur poeta. Orbem metaphorice podiceꝫ accipe a circuitu: ut etiam corona: quod & alibi memini me legere: uerbum illud lubricat rem certe obscænam ostendit. hoc meuꝫ cõmentũ lector nõ prius subsannabis: aut reijcies: quaꝫ diligentissime rem totam examinabis.

¶ Quæ uideat̃ ea dea Plinio. in. xviij. quam nominare sub tecto est religio. Cap. 52.

Quæ sierat olim a me per epistolã Ilioneus Venturellus Carticetanus municeps

meus, quam putare tertiam illam deam in omni moda Plinij historia: quã nominare sub tecto est religio. respondi ad hunc modũ. Plinianaz deam de qua quaeris: si te nihil mouet recẽs author, Fortunam esse dices caluam cũ Antonio Constãtio: quod ipsum ex praescriptis supra a Plinio uerbis datur conijci: si solerter inspicies. Vale.

¶ Apud Iuuenalẽ. Quaeq; salutato crepitat concordia nido. Cap. 55.

IN promptu est omnibus: quid Politianus: & caeteri, in hoc Iuuenalis uersiculo opinentur: inspicere, quanq; Britannicus in recognitis nuper cõmentarijs sententiã teneat. Aedem igit Cõcordiae in curia fuisse, & ibi aliquãdo senatum haberi solitum testant Lampridius, & Varro, simpliciter ergo accipiendum erit: ut dicat libertinus nobiliores Romanos subsannãs, coli concordiaz, ad quã accedẽtes senatores cõsultationis gratia: tantũ inter se strepant, ut nidus pro tecto in modum nidi fornicato summatur: siue pro domicilio ipsius aedis, & crepitat irrisiue referatur ad ipsos patres: qui ingredientes, regredientesq;: & multa inuicem obloquentes: strepentesq;: in causa erant: ut tota aedes crepitaret: introeuntium exeuntiũq; pedibus pressa: & dum alter alteri in subsellijs cedunt: salutantes cum templum ipsum, tum astãtes patres. Est quãdoq; legere apud. M. Tulium exortum in senatu strepitũ. hinc Libertini oratio satyrica mordacitate lita.

¶ Coſſutianæ tabernæ apud Ciceronem in epiſtolarum familiariũ calce quæ uideantur. Cap. 54.

NAm iſti duo uix ſunt digni: quibus: alteri Ceſenam, alteri Coſſutianaꝝ tabernarũ fundamenta credas. puto intelligi de tribus tabernis: quæ erant in uia appia non procul Antio: quaꝝ Cicero libro ſecũdo ad Atticum ter meminit, diciꝗ; Coſſutianas a Coſſutio ciue Romano nobili architecto, de quo Vitruuius in p̃fatione libri. vij. dixit aũt fundamenta, uel qa in ijs plurimũ excellebãt, uel a parte totum: qm̃ optime iactis fundamentis: cætera facilius ſuperſtruũtur. Audio eſſe: qui authores habeãt, haſce tabernas eſſe in togata gallia, quod eqdem non poſſez non probare, ſi teſtimonij anchora fulciatur. Nã quod opinantur qdam de Cõſo deo, & emendandum codicem cenſent, ſomnium eſt.

¶ Sublata menda ex Euſebij Pãphili lib. v. de Euangelica præparatione. Cap. 55.

VBi leges apud Euſebium pamphili prope finem quinti libri de Diomede illo pugile, ſcias codicem deprauatũ. non. n. Diomedes, ſed Cleomenes puto ex Suida: & plutarcho ĩ Romulo. q̃q; & Cleomedes apud hũc qñq; notet̃, hic fuit patria aſtypalæus. unde eſt illud pythiæ. Vltimus heroũ Cleomenes aſtypalæus. Aſtypalea aũt pluribus in locis reddit̃: Eſt. n. una ſporadũ, ab Ancæi matre appellata, alia in Co inſula

alia in Cretæ medio, quarta in Samo, & mõs pro pe Acticam: author Stephanus.

¶ Apud Eundem: ibidem correctus lo cus alter. Cap. 56.

IN eodem Eusebio, Simile quid loris accidisse fertur. lege, locris. quod uero seqtur pugilis nomen deprauatũ crediderim, non. n. Eutyculem: sed Euthymũ cõtenderim, de illo multa Pausanias in Eliacis. Aelianus in uaria historia, & e nostris Plinius. hic apud Cecinũ amnem desijt apparere. Eusebius & hic, & superius in Cleomene alios uidetur habuisse authores in aliqbus. mihi satis sit rem digito indicasse, malo. n. breuitatis: quã multi loquij accusari. quom hoc citra fastidium doctorũ fieri nõ possit. Thasius paulo supra Eusebio non proprium pugilis nomen est, sed Theagenes indicat qui (ut docet Suidas). cxl. e certaminibus coronas reportauit. pterhunc Theagenem treis alios Athenis fuisse refert Suidas diuersis temporibus.

¶ Occultiorẽ sub esse sensuz in hoc Iuuenalis hemistichio ex satyra. v. Nam dum se continet auster, & quæ sequũtur. Cap. 57.

BYrrhoni murena datur, quæ maxima uenit Gurgite de siculo, nam dũ se continet auster Du; sedet, & siccat madidas in carcere pennas, Cõtemnũt mediam temeraria lina carybdim. Austrũ pro quolibet uento poni existimant expositores: at ego crediderim doctissimuz

poetã id spectasse, quod A pber scribit Dionysius, notũ, qui latine auster sit: in mari maxime siculo sceuire. nam singulis æquoribus pcipui qdam assignant uenti: ut sensus sit Iuuenalis: piscatores cæteris cõtemptis uentis, utpote siculũ mare minus turbantibus, noto tantũ terreri, quem nouerint ibi potẽtissimũ. Dionysij carmen apposui, ut uersum est a Rhemnio Fannio, Seu mauis tu cuz politiano Angelo: Prisciano, quod nõ recipio. Finibus at pprijs exceptãt singula uentos, Tyrrhenum Zephyro, siculũ sed tunditur austro, Adria succurr ẽs æoo frangit euro. Eurus ergo erit apud Oratium arbiter Adriæ in primo carminũ, quod alij nõ suspicantur. Nec rabiẽ noti: quo nõ arbiter Adriæ Maior, ponere, seu tollere uult freta.

¶ Emendatus, simul & expositus Fabius quintilianus lib. x. Cap. 58.

ET Pollionis, & Cassij reus aspernatus est. puto legendũ Asprenas est. accusatus est enim Asprenas Nonius a Cassio Seuero, ut ex ijs Plinij uerbis datur conijci, q̃ posita sunt in. xxxv. lib. mũdanæ historiæ cap. xi. Memoria nõ illa fœdiore, cuius ueneno Asprenati reo Cassius Seuerus accusator obijciebat interisse cxxx. cõuiuas. historiæ meminit & Tranqllus in Aug. Quom Asprenas Nonius arctius ei iunctus causam ueneficij accusante Cassio Seuero diceret, cõsuluit Senatũ, quid officij sui putaret. de hoc Cassio Seuero meminit Macrobius, Seneca, Tacitus

& alibi Fabius, cuius scripta senatus cõsultis abolita requiri & esse in manibus lectitariq; permisit Caligula, ut a Tranqllo docemur. Asprenates nõ Asprenas pronũciatur in.vi.controuersiarum ab eo qui id operis posteris reliquit. (non.n.Senecã puto) q̃ illius titulo circunferant. quod si seqmur, dicemus mẽdam accidisse ex inuersione liquidæ, & lapsu secundæ in ultimã uocalem.tametsi suboleat deesse adhuc aliquid ad integrũ Fabij sensum.

¶ In priapeis epigrãmatis. Vndæ Tenedos, æquorisq; regi. Cap.59.

NOn sum nescius locum bifariam emendari. Nam Domitius in eo Iuuenalis uersu ex satyra.vi. Et parua tandẽ caruisse Seripho. sic legendũ præcipit. Vndarum Tenos, æquorumq; regi. est.n.Tenus una cycladũ: de qua hæc Strabo.lib.x. Tenos quoq; urbem nõ sane magnã habet.uerum Neptuni phanũ ingens in luco extra muros spectatu dignum, in eo capacissima discũbentiũ conuiuarum ædificata sunt triclinia, illud signum est abundanté finitimorum multitudinem eo cõuenire solitam: qui una Neptuni sacrificia celebrarét.in hac duo olim fuerunt sepulchra Zethi, & Calais, boreæ filiorum, quorum alterum patre flãte mouebat, ut refert enarrator Apollonij, & fons cuius aqua uino non misceatur, authore Athenæo in dimnosophistis. est altera Tenus Laconiæ, una e centum. Iacobus uero Cnostantius sic

correxit. Vnde Tanaros æquorisq; regi. ea urbs est Laconiæ Neptuno sacra (ut legimus apud Pyndarum;.) Inuulgatā lectionem duabus rationibus aiebat Constantius ferri non posse. cum q secūda hendecasyllabi sedes tribrachū respuit, tum q Tenedon Neptuno sacram nullus scribit. de syllaba uideāt alij, q̄q̄ illud affirmare possum legisse me cum Federico Bentiuolo & Antonio Bonāno sentinatibus in uetustissimo codice, qui fuit Nicolai perotti Antistitis Sypōtini & hic. Vnde Tenedos æquorisq; regi, & infra, Quædam senior Hectoris parente, pro eo, quod ex Martiale & alijs serior a quibusdam substituitur, Nam quātum ad historiam attinet hæc dep̄hendimus apud Aelianum de uaria historia. Tenedos uocata quādoq; Leucophrys, deinde a Tenide puellā Tenedos, q̄ odio nouercæ calūniā apud patrem passa, q tibicine compressa fuisset, in pelui ab eodem posita, & fluuio Cydmo permissa delata est in hanc insulā, ubi Neptuno templum dicauit, in quod Tibicines ob puellæ infamiam ex lege non ingrediūtur. ueritati cōsentaneum est: ut aquis illæsa puella Neptuno delubrum errexerit.

CD Meropum etymo. Cap. 60,

VEllem ut q Meropes dici hoīes tradunt, a Μερίζω & ὄψ, q uocē habeāt diuisa; idest q hic alia: ille alia lingua loquat:

uel diuisam.i. articulatã, quod soli homini datur est inter animãtia: Illud quoq; adderẽt: quod refert Hyginus in signo Aqlæ, fuisse Meropen quẽpiam ab Iunone demũ in Aqlam uersum: inter sydera constitutũ: qui hoĩes a se Meropas appellarit, est legere aliquoties id nomen apud Homerum pro ipsis mortalibus.

¶Emendatus Apuleius in.v.& Expositus Maro in Bucolicis. Cap.61.

SEd prius inqt (senties) moriar, quã tuo isto dulcissimo cõnubio careã. fuit quando centies legerim cũ Britãnico: in ijs ex.v. de Asino aureo. quod & si nunc quoq; placet, non tñ duxi tacendũ quod uetustissimus seruat codex Ioannis Baptistæ Egidij Septẽpedani. sexcenties. Nam Mille, Centũ, & sexcenta, sæpe pro infinito numero accipiũtur, quo modo bucolicũ Maronis carmen intelligendũ contendũt non pauci, quos ego nõ sequor, Mille meæ siculis errant in montibus agnæ, nam id ex Theocriti imitatione dictũ crediderim, apud quẽ sic Cyclops. βοτὰ χίλια βόσκω. oues mille pasco. ut integri quoq; Seruij habent commentarij.

¶Et laudant Catuli Iulia templa Senes, apud Martialẽ lib.v. Cap.62.

IVlia templa, Capitoliũ Domitius accipit, ductus eo uersu, qui est in.vi. de filio Reguli: Iã clamor, centũq; uiri, dẽsumq; corona Vulgus, & infanti Iulia tecta placent. sed hic p tecta Iulia,

iulia basilicā iuliam in qua centum uirales causæ agebantur significari contenderim cum Cataneo, de qua Plinius in epistolis. Descenderam in basilicam iuliam, auditurus quibus proxima cō perendinatione responderez. Dubitari potest cur capitoliū templum iulium uocetur, quom authore Plutarcho in Publicola, neq; ædificatum, neq; instauratum, neq; consecratū a Iulio Cæsare constet. primum.n. a Tarquinio superbo constructū dedicauit Oratius Puluillus; quod bellis ciuilibus igni consumptum est. Secundū uero instaurauit Sulla: dedicauit. Q. Catulus. hoc rursus Vitellianis seditionibus euerso: & diruto, tertio Vespasianus de integro opus agressus pfecit. hoc rursus incenso: quartum a Domitiano perfectum cōsecratumq; est. Puto igitur iulium templu; appellari capitoliū, quasi Romanū dicas: per exochen a Iulio Ascanio Romani imperij authore, iuxta illud lib. ix. Solus iuleas quom ia; retineret habenas. q̄q̄ hic rectius uilia existimen in Domitiani gratiam, & ita scripsisse Martialem crediderim. quo modo & Propertius, Ducebant macræ uilia sacra boues,

In primo item syluarum libro apud Papynium Statium, At lateru; passus hinc iulia templa tuentur. Cap. 63.

HIc quoq; templa iulia pro capitolio summit Domitius: quod non placet, nam puto itelligi, de æde Veneris genetricis, quā

construxit Cæsar: ut prius ad Pharsalū uouerat bellum initurus: authore Apiano. huius ædis meminit & Suetonius in Augusto. Verum adhibito honoribus modo: bifariā laudatus est p æde diui Iulij a Tiberio, & Naso. Aut ut erunt patres in iulia templa uocati.

Non mutandū apud Silium Italicū in. viij punicorum lib. Inuisaq; tauro Pasiphae. Ca. 64.

HVic genus orditur Minos, inuisaq; tauro pasiphae. emēdandum putant nōnulli inuissa. uel imixta, ut cōueniat cum archetypo Virgiliano. suppostaq; furto Pasiphae. Sed quoniam nō nisi necessario codici manus medica adhibenda sit, & legamus apud eundem Maronē in bucolicis taurū pasiphaem fugire solitū: & Ouidius de arte canit, nō mutandū uersum cōtenderim. huc mihi allusisse uidetur Marullus. Quom male desertū sequeref in auia taurū: Sic Venerem contra cnosia questa ferā est. Si mihi bos fuerat dea te uir dante futurus, Cur nō insanæ præti dos ora dabas? in Tranqlli cōmentarijs nihil mutarat Beroaldus: de tauri concubitu tacendū hic sibi Silius existimauit in gratiā Galbæ, cuius mētionem superior habet uersus.

In eodem punicorum. viij. declaratus: & emendatus locus alter. Cap. 65.

QVi Fiscelle tuas arces: Pinnāq; uirentem. puto legendū Myscelle, ut intelligat de Crotone, quod miror silētio pte

ritum ab expositore, nō.n.legi de Fiscello loci cōditore, alioq; ea uox priscis mollis casei appetitorem significat. Crotonē aūt ut scribit Strabo lib. vi. cōstruxit Myscellus: quē NasoMicylum uocat: habuitq; operis socium Archiā, eum.q̄ Syracusas condidit, unde mēdose legi apud Solinū dixeriz. A Myscelle, & Archaeo Crotonā. pro eo, quod est Archia. in secundo Europae sinu Crotonē enumerat Plinius.

¶ Apud Iuuenalē satyra.v. Tanq̄ habeas tria nomina. Cap.66.

DVceris plāta uelut ictus ab Hercule Cacus, Et ponere foris, Si qd tentaueris unq̄ Hiscere, tanq̄ habeas tria nomina. addo huic loco & illud. ut referatur ad tria illa Corneliorum nomina, a qbus & prouerbiū deducit Augustinus in lib. de grāmatica. τρία κάππα κάκιστα: fuerūt aūt hi pessimi, pmitiosissimiq; oīuz Cornelius Sulla. Cornel. Cina. Cornel. Lētulus. nō sum nescius in graecis cōmentarijs aliter legi.

¶ Apud eundem satyra.ij. Ille supercilium madidā, fuligine tinctum Obliqua producit acu. Cap.67.

OBliqua acu: calamistro, iterpretant ex positores: sed quom calamistrū cinere calefactum ad capitis tantum ornatū adhibeatur, unde & calamistrata dicitur coma: non incommode pro acu: quae crinalis ab Apuleio uocatur: accipiendum putarim: nisi

¶ Defensus a columnia Seruius: & enarratus Maro: in. vij. Urit odoratam nocturna in Lumina cedrum. Cap. 74.

CEdrum hic pleriq; non arborē accipiunt cum Seruio: & Asinio pollione, (nam eū esse docebimus quem Donatus credit) sed Cedri succū, propter illa uerba Plinij ex. xyiiij. naturalis historiæ cap. v. cedri succus ex ea quo modo fieret diximus, magni ad lumina usus, ni capitis dolorem inferret. Alij uero tædam interpretātur: quod idem scribat Plinius in. xyi. cap. xij. pix liqda in Europa e tæda coquitur naualibus muniendis: multosq; ad alios usus. Lignum eius concisum furnis, undiq; igni extra circūdato ferro, ut primus sudor aquæ modo fluat in canali: hoc in Syria Cedrum uocatur: cui tanta uis est: ut in ægypto: corpora hominum defunctorum eo perfusa seruentur, sequens liquor crassior iam picem fundit, hæc rursus i cortinas æreas cōiecta aceto spissatur: & coagulata brutiæ cognomen accepit. sed quom constet tradente etiam Seruio M .ronē locum hūc ex Odyssee. v. mutuatū de cedro arbore omnino intellexisse poetā dicendū est. queadmodum & græcus, quod exposuit Plinius ijs uerbis ex. xiij. Nota etiā Homero fuit, Trogite uocatur ab alijs: Thia: hāc igitur inter odores uri tradit in delicijs Circes, quam deam uolebat intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo

uocabulo accipiunt, quom p̄sertim eodem uersu cedrum laricemq; una tradat: in quo manifestū est de arboribus tantum loquutū. hactenus Plinius. Desinant igitur Seruiū lancinare q̄dam male in studijs feriati, quando ille Plinium & Homerum, cuius pædagogum Virgilium dixeris, opinionis suæ habeat assertores. operæ preciū est cognoscere, quam infideliter locus hic latine uersus sit. Illud interim p̄tereundum non est, in uerbis, quæ ex Plinio citauimus, Calypsus: uel Calypsonis legendum esse. quod Beroaldo Philippo acceptum referas. non enim animus fuit deijcere quenq̄ ab inuentis suis, ut cōueniat cum Homero.

¶ Emēdatus simul & expositus satyricus poeta, & inibi de Ganymedis etymo, & Martialis uersiculo. Cap. 75.

NVper enim ut repeto phanū Isidis, & Ganymedis, pacis: & aduectæ secreta palatia matris. ita lego ex satyra. ix. apud Iuuenalem, non ut alij Ganymedem. q̄d enim dici potest frigidius, quam ut accipiamus Ganymedem pacis, idest statuā Ganymedis in templo pacis, quod nulla ratio ueri uideri sinit, nam qui citatur ex lib. vij. Martialis uersus deprauatur ab expositoribus. non enim pace reclamante syllaba sed paphie passim legitur, hoc modo. Sic tibi lasciui non desit copia furti, Siue cupis paphie, seu Ganymede coli, neq; hoc dico: quod minus reminiscar quæ refert Lactantius in primo de falsa religione

libro iis uerbis. Ita enim deorum simulacra confingunt, ut ex ipsa diuersitate sexus: appareat uera esse: quæ dicunt poetæ, nam quod est aliud argumentum imago catamiti, & effigies aquilæ, cum ante pedes Iouis ponuntur in templis: & cum ipso pariter adorantur, nisi ut nefandi sceleris, ac stupri memoria maneat in æternum? Ganymedis ergo ut etiam Valla agnouit legendum, ut intelligatur a superiori phanum. Hunc Xenophon in symposio a Ioue raptum scriptum reliquit ob ingenii præstantiam, dictumque ex tribus uerbis homericis. hoc est lætatur, prudenter. intelligens, græca uerba adponere, sed impressoris habenda est ratio. uox uero necessaria est γάννυται, idest lætatur. Syllabam in uersu Martialis non me præterit posse defendi certa ratione, sed ubi non necessitas cogit, audendum non est. hanc lectionem probat etiam Volaterranus Raphael.

¶ Non mutandum apud Nasonem. Ecce cothurnices inter sua prælia uiuunt. Cap. 76.

Quoniam scribitur a Plinio in. x. omnimodæ historiæ. Cothurnicibus ueneni semen gratissimus cibus: & repetitum est ab eodem, Venenis capreæ, & cothurnices ut diximus pinguescunt. & a Solino, Cothurnices cibos habent gratissimos semina uenenorum. & a Lucretio lib. iiii canit. præterea nobis ueratrum est acre uenenum. At capris adipes, & cothurnicibus auget, eam ob rem non desunt, qui ita hunc Ouidii

uersuz legant ex elegia, in qua psitaci ploraẽ obitus. Ecce coturnices inter sua prãdia uiuũt. Forsitan & fiunt inde frequẽter anus. sed quom poeta doleat, ꝙ ferociores uiuant alites, & assidue inter se rixantes: & mitissimus placidissimusq; psitacus interierit: nequaꝗ immutandus est codex: qꝺ datur intelligi ex superioribus uersibus. Raptus es inuidia, non tu fera bella mouebas, Garrulus, & placidæ pacis amator eras. De perdicũ, & coturnicũ inter se pugnis scribit Aristoteles lib. de animalibus. ix. sed uerum poetæ sensuz cognouit Maurus Niger interpres.

¶ Dici latine inquãtum, ostensumq; deprauari Nasonis carmen ex libro. xi. Cap. 77.

MEmini me olim reprehensum, quod in cõfabulatione literaria, quam plerũq; Septempedæ habebamus, nescio quo casu Inquantũ exciderat, quomq; rubore perfusus, dicerem uideri mihi uocem esse latinam. Latinam inquiũt, quidam e circulo si Alexander ille cognomento doctrinalis in latinorum scriptoꝝ decuria habeaẽ. Nam quod ex Ouidio Codrus citat. Inquantuz est quæq; secuta: uiua uoce audiuimus Maturantiũ oratorem optimum: & bonũ latinitatis obseruatorem: quom publice monuit, legendum apud Nasonem, Quippe pedum digitos: ut quantum est quæq; secuta traxit. Vegetium aũt

AD me nocte solet uenire, & affert pallorem macieinq; Laruulaꝝ. sic habet codex ille manu scriptus Nicolai perotti, cuius testimonium supra quoq; citauimus. Nam Philippus Beroaldus uulgareis secutus codices, larualem legit: ut sit dieresis: quod nõ omnino displiceret: nisi integram lectionem putarem, quam nos ex prisco exemplari attulimus. Illud interim pterire nolo, opus hoc non uideri diuersoꝝ poetaꝝ, sed unius: quando in primo statim epigrammate præponat, in secundo uero causam afferat. cur minus innocet, quod non utiq; accidisset, si id opus a pluribus editum fuisset, Sit ergo unius Virgilij, ut a Catanæo in plinianis epistolis late ostensum est.

¶ Sublatus Neuus ex Hygini codice, in signo Leonis. Cap. 71.

QVom Ptolemæus Beronicẽ Ptolemæi & Aristonis filiam sororem suam duxisset uxorem, & paucis post diebus Asiam oppugnatum profectus esset: uouisse Beronicem, si uictor Ptolemæus rediisset, se detonsuram crinem, quo uoto donatum crinem in Veneris Arsinoes consintidis posuisse templo, duas in ijs uerbis mendas inesse suspicor. Non enim Donatum legendum crediderim, sed damnatum iuxta illud Marõis ex bucolico ludicro. Damnabis tu quoq; uotis pro eo: q̃ est. consintidis uox nullius significati, uide an confestim reponi possit. ad doctos reijcio, quæ sit Arsinoe docebit Strabo. de

reijciendum putabat:neq; interim Codrum dam namus, quom ille iudiciũ suum non obstringat, si diligenter introspicias. hæc tum plærisq; ita placuerunt, ut mihi ulterius loquẽdi: ex lege, quæ in errore deprehensum tacere imperabat: potestas sit adempta. Nunc aũt, quom & fandi ius sit, & defendendi copia, uolui hisce coniectaneis meis: de uoce ista, quam tum constitit barbarã esse, inspergere: unum: aut alterum ex receptissimis authoribus testimoniũ, ut & falli existimentur ij, q̃ id uerbum latinũ esse negant: & Ouidij carmen non mutandũ appareat. Plinius igitur in panagyrico, Audita sunt uota tua: sed inquãtum optimo illi: & sanctissimo seni utile fuit. Iuuenalis in satyra. xiiij. Inquantum sitis: atq; fames: & frigora poscunt. Plinius item alter. in. xxv. cap. ij. Post eum Musæus: Hesiodus Polion herbam inquantu; mirati sunt diximus. Solinus. Enim uero si abrumpere partem uelis, uniuersitas sequetur, scindiq; non potest, quoniam inquantũ ducatur, extẽditur. Seruius in primo Aeneidos cõmentario: super eo uersu, prospectum late pelago petit: late petit, inquit: Inquãtum potest. Memini & apud Ciceronem obseruare: sed nunc locus non succurrit.

¶ Monumenta apud Ciceronẽ in epistola ad Lentulum quæ sint.
Cap. 78.

NAm neq; de monimentis meis ab ijs adiutus es, a quibus debuisti, neq; de ui nefaria, qua cum fratre era; domo expulsus. De monimentis, de domo rectissime exponi puto. neq; illud sequor, quod plæriq; suspicātur ex ys ad Q. fratrem uerbis. Enim uero si unus hō nobilis querit palā, Te, ꝙ edixeris, ne ad ludos pecuniæ decernerent sextertia, cc, sibi eripuisse, quāta tandem pecunia penderet, si omniū nomine quicūq; Romæ ludos facerent, quod erat iam institutuꝫ, erogaretur? q̄q̄ has querelas hominū nostroꝝ illo consilio oppressimus, quod in Asia nescio quonā modo, Romæ quidem non mediocri cū admiratione laudatur, quod quom ad templuꝫ: monimē tumq; nostrum, ciuitates pecunias decreuissent, quomq; id & pro magnis meis meritis, & pro tuis magnis beneficijs summa sua uoluntate fecissent: nominatimq; lex exciperet, ut ad templuꝫ, monimentumq; capere liceret, quomq;, id quod dabat non esset interiturū, sed in ornamentis templi futurum, ut non mihi potius quam Ro. Po. ac dijs in mortalibus datū uideret, tamen id inquo erat dignitas, erat lex: erat eoꝝ, qui faciebant uolūtas accipiendum non putaui, cu; alijs de causis: tum etiam ut animo æquiore ferrent, in quibus nec deberetur, nec liceret. Nam hoc ita accipio, ut intelligam, contulisse Ciliciæ urbes pecuniā ad monimentum templūq; erigendū Ciceroni, qui ibi pro cōsul prouincia; administrarat summa integrita

te, & continentia: hoc solitum fieri interdū, datur cognosci ex epistola ad Appiū. neq; opus erat ad id senatus Romani consensu: sed urbiū liberalitate, & munificentia fiebat, quam rem utpote usitatam, & alijs dari solitam facile contempsit Cicero. huc facit & illud. q de fratre fit mentio, quē Cicero cogitauit in prouincia relinquere cessante successore. De monimentis ergo hic, ut infra, de domo summatur.

De his uocibus, Hæc. Qua, Næuius, Virtuosus. Istic, pyssimus, σύμπολίτης, Ingratitudo, & Cōterraneum.

Cap. 79.

Ponticus Virunius, qui proximis annis cōmentarios in Chrysoloræ Erotemata edidit, articulum hunc citra diphthongū scribi cōtendit, q a græco ueniat ἡ. quæ nobis in e lōgum uertatur, sed ignorauit ille in ae quoq; transcendere solere. ut κῆρος. σκηνή, ἠθική. Cæra Scæna, æthica, nec illud interim simulabo in plærisq; priscis lapidibus sic notari, Hæc. Qua p partim timide plæriq; utunt: q ea dictione abstinuerit. M. Tullius, quibus ego illud obiter citabo, qđ legitur ad Atticum. Topiariū Laudaui, ita omnia conuestiuit hedera, qua basin uillæ, qua intercolumnia ambulationis, q̄q̄ & Cæcilium Plinium, & Paccatū, & Apuleium nunq̄ fugiendos putaui. Næuius, & Næuia, sic scribendum docet Martialis quod non pauci negligunt, Næu a sex

cyatis, septem Iustina bibatur. Nec te decipiat il lud Oratij in primo sermonũ. Meuius absentem Næuiũ cum carperet. Fuit quando non dici credi derim latine uirtuosum: Sed Romæ in eccl'ia post campũ Martium sic inspicitur. Bene ualeas, quis quis es. C. Martiæ meæ Coniugi bñ meritæ: quæ multis cum sudoribus uixit uirtuose. Nullus non hodie Isthic cum .t. flatili scribit, Phocã certe grã maticum authorem non habent: asserentem pro nomĩa ista articularia in cõpositione dasiã amit tere Cicero in. xiij. philippica sic in Antonium lu dit. Tu porro ne pios quidẽ, sed pijssimos quæris, & quod uerbum omnino nullum in lingua latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum in ducis. Non sum nescius quosdã hoc, quod in. M. Antonio ridet Cicero: non statuisse sibi seruandũ, quale fuerit: quod in uia salaria põtis Anienis ha bet inscriptio. D. N. pyssimo ac triumphali, sem per Aug. sed iam tũc tempora in assentatiõeis la bebantur, & barbariẽ, cuiusmodi sit, prob depra uatam Italiæ grauitaté: quod minutissimis qui busq; hodie dicitur contra sermonis latini legem, Reuerẽdissimo Domino. σὺ μῶπο λῖτηο nemini non in ore est, & græci dictionarij author ponit, sed pperam efferri tradit Iulius pollux. unde Ci cero ciues meos non concines, ut cancellariorum, & notariorum uulgus: frequentius enunciat. In gratitudinem quoq; uocem esse duriusculam: & raraq; apud ueteres, uel illud suadet, quod de bea

titudinis uocabulo quandoq; dnbitauit. M. Tullius, sed quom usu uerba nobis molliēda sint, qui utantur: non improbem. Conterraneum profecto: Qui dixerit, me sectatorem non habebit, nisi tam rudem omnino existimet, ut recte putem Plinianum illud in præfatione mundanæ historiæ. Sed hæc in politioris literaturæ studiosorum gratiam dicta sint, nam cæteros, qui illotis manibus ista attingunt: Primo statim olfactu subsannaturos non ignoro.

¶Non mutandum in Bucolicis. Usq; adeo turbatur agris. Cap. 80.

ANtonius Nebrissensis in. iiij. de grammatica sua libro, Turbamur hic legendum contendit, cum q imperfonale uerbum a uerbis neutris, & absolutis proficisci uult, tum inquit: si turbatur uerbum esset impersonale: cum semper actionem cum quadaz generalitate significet, exponēdum erat: omnes: aut pleriq; turbāt: siue expellunt: quod est contrarium sensui poetæ: quia nō omnes ciues expellūt a totis agris: sed potius expellunt. Equidem a quintiliano standū ex issimo præsertim ipsius Virgilij manum quādoq; citanti: uerbum autem sic accipiendum est: ut sit turbatur. i. milites turbant. nam eo spectat Melibœus, ut exilium suum: & cæterorum miserias nefa-

no militum furori ascribat, qui non contenti Cremonensium agris: Mantuanis quoq; suos ademerint. hanc lectionem ille etiã; codex seruat, qui uetustissimus & emendatissimus Romæ habetur in bibliotecha uaticana. cõmentum illud de uerborum impersonalium formatiõe unus quisq; infringere per se potest, dũmodo non penitus abhorreat a bonorũ authorum usu.

¶ Perpensus locus apud Aulum Gellium ex libro primo noctiũ atticarum rum. cap. ix. Cap. 81.

ET colbatur societas inseparabilis, tanq̃ illud fuerit antiquũ consortiũ, quod Re atq; uerbo Romano appelletur κοινόβιον. ex pungendam dictionem illã; Romano scripsit ad Me Catanæus, & ita scripsisse Gelliũ crediderim. si libet uulgatã sequi lectionem, dicemus Gellium sic hoc usurpasse, ut Varro, Ager, Caper: Fur, & usus iam obtinuit: ut græcus. lepus. puteus. latina sint, non externa, nam si uno uerbo latine cœnobium uelis exprimere, non habes. nisi dicas conuictum. unde quõ usus eius uocis uenit: ad græcum recurrimus, & eo tanq̃ Romano utimur, qualia sunt obiter. Rethor. Elleborũ. Sycophanta. philosophus. theologus. Grammaticus, Dialectica. Epigrãma, & cætera id genus sexcenta, quæ ita latinus usus molliuit. ut iam peregrina non uideantur, utq; usurpatiõe nostra sunt; sic nomine quoq; ipso Romano donari posse iudicantur.

Defensus a

Defensus a calumnia Acron. Cap.82.

PVtant quidam memoria lapsum Acronem Oratij interpretem, quod scripserit innouatum ab eo uerbum in arte poetica. Ego cur acquirere pauca Si possum inuideor? quoniam legerint apud Ciceronem libro de perfecto genere dicendi secundo. Inuidetur enim cōmodis hominum ipsorum, sed perperam putant hi, nam ut inuidetur, nocetur, Seruitur, et cætera id genus impersonaliter efferūtur, sic qui inuideor, Noceor, Seruior, pronunciant, noue dicunt. quo uerbo Oratius studiose ad rem suam usus est, si diligenter inspiciatur.

Item Seruius in æcloga, cui titulus Mœris. Cap.83.

LVpi Mœrin uideri priores. Hoc etiam physici confirmant, quod uoce deseratur is: quem prior uiderit lupus, unde etiam prouerbiū hoc natum est, lupus est in fabula, quoties superuenit ille, de quo loquūtur, et nobis sui præsentia: amputat facultatē loquendi. hæc Seruius eo quo dixi loco. quem quom nō desint, qui impugnent, defendendum mihi a calumnia duxi nobilissimū grammaticū: Seruio mastix ergo ita accipit Maronis uerba, ut id ex pauore obuij lupi, non ex ipsius natura opinetur accidere. Illud uero Plinij ex viij. mundanæ historiæ libro. Sed in Italia quoque creditur luporum uisus esse noxius, uocemque homini quem priores contemplētur, adimere ad præsens

ad magica terricula refert: & uulgi consensum: propter uerbu illud creditur: demum non negat lupum uocem adimere, idest esse in causa: ut prae illius timore fiat uocis abortus. Virgilium idcirco priores dixisse: quia si primi lupu uideremus, aut nullo, aut nequaquam simili pauore horrescere-mus. Primum quid hic respondebit Theocrito: qui sententia uertit, negans eum uocem emittere posse, non qui a lupo sit uisus, sed qui lupum uiderit. οὐ φθέγξῃ λύκον εἶδες. Non loqueris, lupum uidisti. Plinium aut non tantu suam, sed caeterorum etiam fidem in re mirabili obstrinxisse ex uerbo illo creditur, crediderim, quado (authore Probo) Virgilij quoq; mos sit: ut in rebus magnis suae opinioni famam quoq; consentire pronunciet: ne uideantur fabulosae: & inanes. quomodo Solinus: quem uere dixeris Plinij interpretem, ita aperte comentum hoc Seruianum probet: ut qui diutius dubitarit: dignus sit, ut semper dubitet. Italia lupos habet, qui caeteris similes non sint: homo, que prius uiderit, conticescit: et anticipatus obtutu nocetis: licet clamandi uoluntate habeat: non habet uocis ministerium. huc allusisse Socratem apud Platonem existimo: dicente Trasymachum sibi uocem ademptur fuisse: ni forte fortuna prior illum conspexisset. neq; desunt philosophi et harum rerum uenatores, qui huiusce uocis priuationis causam reddere conantur, quod utiq; non tentarent: nisi uerum arbitrarentur.

¶Nó ne uides croceos ut Tmolus odores. India mittit ebur. ex primo Georgicorum. Cap. 84,

Recte exponi locum a Seruio, & Probo, affirmen. Nam quod Philippus Beroaldus: & eo priores Domitius & Porphyrio de uino suspicantur, quod Croco miscebatur: non uidetur procedere, quando Virgilius eas dotem Italiæ esse uelit, nam id agit nunc poeta, ut doceat, quid præcipue una quæque ferat terra alioqui & in Italia crocum nasci scimus. Tmolum croco esse florentissimum tradit Solinus: & innuit Columella, is est mons Lydiæ: ut cateruatim omnes memorant geographi, quod eo dixisse ualet: ne cum quibusdam in deuium labaris, qui propter illud Lucretij: Et cum Scæna croco cilici perfusa recens est. Ciliciæ putarunt. croco uino permixto fundebãtur theatra, ut tradit Plinius. quo & illud ex primo libro Syluarum trahunt quidam, Et olenti spargere nymbo. quod non probo: nam uera lectio seruat thymbra.

¶Sublata ex Macrobianis codicibus menda ex quinto Saturnaliũ libro. Cap. 85.

Arati etiam liber elegion, fertur, in quo de Diotimo quodam poeta sic ait. lege Deiotaro. hic fuit grammaticus Adramyttenus ludi magister apud Gargara Troadis, au-

thore Stephano. qui & ipsum Arati epigramma ponit, quod ego quoq; ad scriberē, nisi scirem po/ni a Parrhasio in primo Claudiani cōmentario. latine sic uerti pot. ẞI. Lamentor ꝙ solus in petris sedet, pueris γάργαρεων beta & alpha dicens. beta inquam latine non uita, quom sic græce scribatur. Βῆτα, quod cōfirmat dictio: quæ inde oritur Alphabetarius, ut Alphabetaria tabella, quam & elementariā: & Abecedariam nuncupamus: ut non necessario faciant, q monent ita legendum apud satyrum. Hoc discunt omnes ante alpha, & uita puellæ, nam qui ab herba cognomine elemento nomen inditū putant, tantis per mihi iprobabunt, quo ad authores ista scribēteis afferent, Merula certe beta enūciat. Βæta uero Suidæ genus est uestis pelliceæ. q̄ etiā prouerbio nomē fecit. Adramyttū urbs est minoris phrygiæ.

¶ Explicatum Hieronymi uerbum contra Iouinianum. Cap. 86.

AD iura Apicij, & Paxamij, ad balneas quoq;: ac friticulas: & popinas se conferat. fuit quando mendosum putarim codicem, nunc habeo authorem tradentem Paxamium de re coquinaria scripsisse.

¶ Restitutum Statiano interpreti pro uerbium. Cap. 87.

PApinij Statij interpres in expositiōe huius ex lib. Thebaidos secūdo uersus, Arcados Enhippi spoliū cadit æreus orbis, sic scribit

Enhippus rex arginorum miræ felicitatis fuit, cuius clypeum qui apud græcos rem nobiliter gessisset, accipiebat, ut illo per urbem incedens honestaretur. Vnde prouerbium apud Italos. Cum alicuius ignauiam irriderent, ut Callimachus ait. Puto adagium hoc impressorum negligentia subreptum: restituendū. Argiuo Clypeo dignus. de quo Erasmus in prima prouerbiorum suorum Chiliade.

¶ Nunquid recte Theodorus Gaza in uerbo, quod est Fratrare in. vij. de natura animalium. Cap. 88.

FOEminis etiam per id tempus exurgūt ubera, quod fratrare dicitur. Sororiare uertendum erat. sed hoc Gazæ tanq̄ græco homini ignoscimus. uerborum discretioné docebit Sextus Pompeius.

¶ Emendatus simul, & expositus Lactantius Firmianus in carmine de phœnice. Cap, 89.

QVam nec Iulææ uoces, nec Tibia possit Musica cyrrhæis assimilare modis. Iulææ uoces, suaues a Parrhasio accipiuntur, quod Iulis oppidū fuerit insulæ Ceæ, Simonidis (quod Strabo & Theocritus tradunt) patria, quē Melicū a cantus suauitate dictum docet Suidas, quæ sane expositio improbari non potest: nam quod non nulli opinantur: a Iulide, Iulensis tantum deduci, mendacium est, quando &

ab Aulide Aulideus & Aulidus (Authore Stephano) ẽ Aulidensis latine deducatur: quod uero a quibusdam obijcitur: Simonidem hunc Ceũ passim a scriptoribus uocari, & ceam ab illo næniam a Flacco in.ij, carminum. Ceæ retractes munera næniæ. Interpretamentũ non impedit: Nisi quis Iacobi Constantij emendationẽ potius sequi uelit, ꝙ equidem neutiquam puto. Quam nec Arioniæ uoces, nec tibia possit Marsya, Sirenes nec simulare modis. Iulides uulgo uocãt aues dulcissimi: & exactissimi cantus: si codici manus est adhibenda medica, sic cõmode legetur. Quã nec hyeleæ uoces. Est enim hyela urbs in sinu posidoniati prope Syrenussas (ut scribit Strabo) q̃ quom ita cognominatæ sint a Sirenũ sede, nõ absurde Hyeleæ uoces ad ipsas Sirenas referri possunt, sed hoc ita sequor, ut Iani mens improbanda non sit. Illud interim sciendum est: ꝙ nõ pauci sunt, qui Lactantiũ hunc nõ Firmianum uocãt sed Formianũ a Formijs, quod nec probo, nec improbo, uiderint, quibus est otium de ijs differere.

¶ Emendatus uersiculus in epigrãmate de cantu Sirenum. Cap.90.

QVodq; leues calami: quod suauis cantat aedon. Sic enim legendum est. nõ ut quidam rudis Ascensius putat qđ suauis cantat ẽ Aedo pro præstantissimi musici

nomine, quod tam procul a uero est, quàm ipse inscitiæ & incuriæ proximus est. Aedon enim a græcis Luscinia appellatur. Calpurnius poeta bucolicus: ædona uocauit. Vocalem superet si turpior ædona bubo. Quod si sequimur. (Nam mendum inesse putat Erasmus & scribendum turpis aedona bubo) sic legemus. Quodq; leues calami, quod suauis cantat & ædon. sed lusciniaз accipiemus. Andreas posthumus Gabrielis Fanensis hoc modo legebat. Quodq; leues calami: qnod suauis cantat aœdos. Sic enim uocatur ab Hesiodo in libro ad Persen fratrem dulcis poeta: Aedona pro luscinia usurpat Petronius Arbiter, Testis siluester aedon. Sed ueram lectionem agnouit Pius.

De Pallante Euandri Arcadis filio quædam auditu non iniucunda. Cap. 91.

SCribit Vegetius in speculo historiali li. xxvi. & Martinus in chronicis, quod tempore Enrici imperatoris Pallantis Virgiliani cadauer inuentum est prope Romã a uillicis, fodientibus, tantæ magnitudinis: ut mœnia urbis adæquaret. Hiatus autem uulneris, quod illi Turnus intulerat, quattuor pedibus, & dimidio mensuratus est. ad eius autem caput ardens lucerna inuenta est: quæ non prius extingui potuit: quam stilo quodã

facto foramine subintrante aere euanuit. in sepul chro hoc epigrnmma scalptuꝫ erat. Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni militis occidit, more suo iacet hic. historiam recenset & Volaterranus Raphael.

¶ In Horto Columellæ. Ne grauis haustris tollentibus ilia uellat. Cap. 92.

AVt fons illachrymet putei nō sede profunda, Ne grauis haustris tollētib⁹ ilia uellat. menda est in uerbo illo tollentibus: q̄ fugientes quosdaꝫ sic audiui emendare: renes ac ilia uellat. ego uero sic puto, tollōibus ilia uellat. Sunt. n. tollones e genere uasoꝝ non dissimiles urnis, de quibus Vegetius, & in Rudente Plautus, ut emendauit Hermolaus.

¶ De Augiæ Stabulo ab Hercule purgato expositus Maronis uersus. Cap. 93.

SEptima in argeis stabulis impensa laboris. puto emendandū Augiæ, ex Virgilij epigrāmate de erūnis Herculis: nam ꝙ q̄dam ad argiua referunt stabula: nugæ sunt. de Augiæ bubili meminit Lucianus ī Pseudomāte (dialogi nomen id) ostenditq; huius stabulū tantū habuisse congesti fimi, quantum ter mille boues pluribus annis reddere potuerint: res habet & apud Pausaniam in Eliacis. historiam hanc de Augiæ stabulo ab Hercule purgato late narrat Diodoru in. v. libro. Apud quem non Augiæ, sed Augæi leges in impressis exemplaribus, & aulaꝫ, nō stabu

lum, q̃q̃ in hoc postremo una addita litera caula pro aula reponi queat. ni græce dictum accipiamus: quod non displicet, eãdem emendationẽ sequimur in illo, Septimus Augiæ stabulum labor egerit undis.

¶ Defensus in antri etymo diuus Ambrosius, Cap. 94.

SCribit Diuus Ambrosius antrum dici ab obscuritate quasi atrum, quam etymologiam conuellunt qdam: negantes græcam uocem a latino trahi posse, sed quoꝫ idem. M. quoq; Varro efficiat in Agro, Apro, Fure: & alijs non paucis, iniquũ uidetur non licere idem sanctissimo & doctissimo homini Ambrosio, præsertim quoꝫ etiã Donatus sibi quandoq; permiserit. at dicet aliqs, sed reprehẽsus a Seruio. sed defensus a Parrhasio. illud certe non nihil huc facit, ꝙ in uoce græca latinam diminutionẽ agnoscimus, ut in Ecuncula, & Siphunculo.

¶ Non esse Donatum: qui circumfertur in Virgilij Aeneide, & alia quedã. Cap. 95.

IN tria illa eminentissimi poetæ Virgilij opera plæriq; e priscis cõmentarios ediderũt, ut Seruius, Hyginus, Probus, Asper, Vrbanus, Cornutus, Asinius pollio, Donatus, & alij. quorũ uigiliæ quom magna ex parte interierint, & quæ extant in non paucis mutilæ sint, non mirum est, si quæ Pollionis Asinij sunt Donati titulo circun-

feruntur. Nam quod non nulli suspicantur: eum esse Tiberium Donatum: nunquam in eam suspitionem incidissent si huius Tiberij Donati commentarios in manibus sumpsissent, quoruz copiā fecit mihi tempore illius calamitosi belli Feltrij Alexander Sentinas iuris consultus ex gente sui nominis. Ne credam esse opus Donati celeberrimi grammatici, Seruius facit. qui quom in multis ab illo dissentiat: horum nulla fit mentio in ijs cōmentarijs: qui illius nomine imprimuntur, praeterea Donatus ut ex eodem Seruio discimus in ipsa quoq; georgica scripserat scholia, quoruz nullū apparet uestigium: ad haec ramenta ista, in quibus cotidie compendia fieri a chalcographis uidemus: Donati phrasin non redolent, si quis modo exacte iudicet. Vt Asinij pollionis esse credaz: Haec Seruij ex Aeneidos. ij. uerba faciūt: in eo hemistichio, Aut duri miles Vlyssi. Illud autē quod Asinius Pollio dicit caret ratione, de Achemenide dictuz: Miles Vlyssi: nam in eo, qui credit Donatus: sic leges. Talia quaeris me narrare, quae etiam hostis si audiret, non abstineret a lachrymis, ibi enim fuit unus ex graecis Achemenides: quem fleturum dicit. si quando de ipso Asinio (quod raro accidet) meminerit Seruius, neq; illius commentū deprehendes in exemplaribus: non erit mirandum in tanta codicū mutilatione, quom haec quae citauimus in aliquibus non legantur. hic est ille Asinius Pollio: qui ut docet Oratius in. ij. car-

minum tragœdias scribebat: & res memoratu di
gnas historiarum monimentis mãdabat, ad quas
allusit Maro, Pollio & ipse facit noua carmina.
Illud quoq; huc pertinet, quod sunt quidam, qui opi-
nantur pareneticon illum libellum, qui pueris pri
mo legi solet in scholis; queq; Maximus Planudes
in græcum transtulit sermoné, ut titulo, sic re quo
q; esse Catonis: eo quod citet a Gellio Cato in li-
bro, qui inscriptus est carmen de moribus. de quo
Catone intelligant nescio, illud equidez non igno
ro, nullum fuisse Catonem post Lucanum poe-
tam: cuius mentionem hic habet libellus, quod ue
ro refertur a Polycarpo nulla idonea authoritate
fulcitur, qui aũt Boetio assignant stili diuersitate
refelluntur. Ego eqdem incerti esse authoris puté,
qualia nõ pauca in græcorum flori legijs deprehédi
mus: & apud nostros, & hinc fieri ut ab Erasmo:
Laurétio Valensi, & cæteris: nõ eode; semp titulo
allegef, inde aũt id nominis inditũ opusculo exi
stimo: ut hac inscriptiõe indicef totius libelli præ
stantia, & preceptorum sanctitas: quando Catoné sa-
pientem uocant grãmatici: & dixerit satyrus ter-
tius e cœlo cecidit Cato. Ex eo quoq; apparet im
pressorum negligẽtia: quod importune in mundana
Plinij historia Tertuliani testimoniam quoddã
apponunt, & quod nepoti tribuitur, auunculo as
signant. Pulcherrimũ illud: & elegantissimũ epi-
gramma de Androgyno, Dux mea me genitrix.
quod Antonij panormitæ putabaf, incerti authoris

fecerunt quidam impressores, quom sit Pulicis poetæ uetustissimi: ut docet Policianus Angelus, & nos ostensuri sumus, in aceruo epigrammatum, quæ ex uarijs authoribus in unum corpus redegimus. Indicem Gellianum, quez ipse in calce totius operis posuit, in fronte hodie locant omnes. Sed impressorum erroribus demus ueniam, ut nostris aliquando impetremus.

Defensus a calumnia Liuius. Cap. 96.

CAlpeto Tyberinus: qui in traiectu Albulæ amnis submersus celebre ad posteros nomen flumini dedit, hãc Liuij etymologiã secutus olim Seruius: nõ dubitauit deinde dicere, nõ procedere, ideo quia etiã ante Albã Tybris dictus inuenitur. cæterum quom Liuio Varro in primo de lingua latina libro. & item Halicarnaseus Dionysius subscribant, & in fastis canat Naso, Albula: quem Tybrim mersus Tyberinus in illo Fecerat. nõ uideo cur a Seruio standũ diutius sit.

Item Plinius in natura Raphani. Cap. 97.

DE Raphano scribens Plinius sic loquitur libro. xix. cap. v. Odium ijs cum uite maximum, refugitq; iuxta satos. Hallucinatum hic Plinium putat Iacobus Constantius ex ancipiti uocabuli significatu, nam quom Rapha

nus inquit, & radicem, & brassicam significet, quod brassicae erat, radici tribuit. Caulis enim non radix, cum uite inimicitiam gerere a. M. Tullio traditur in. ij. de natura deorum, sed quom ex ipsius Plinij uerbis appareat: illum id scisse, utpote qui ita in. xxiiij. scripserit, Pernicialia & brassicae cum uite odia, nulla uerbi ambiguitate deceptum affirmarim, sed id quoq; radici ingenitum significare uoluisse, quãdo etiam Palladius hoc tradat. Raphanum tamen: sicut brassicam constat esse uitibus inimicam. Nam si circa se ferantur natura discordante refugiunt.

¶ Apud Propertium in. ij. Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero. Cap. 98.

HIc Antimachus de quo nunc loqtur Propertius: fuit colophonius epicae grauitatis cultor, cuius meminerũt Cicero, Quintilianus: & in Lysandro Plutarchus: sed quõ Propertij mens eo tendat, ut ostendat Lynceũ non fore tutum ab amore, quemadmodũ neq; Antimachus, neq; Homerus heroici poetae liberi euaserũt, illud fuerat addendũ, Antimachũ impacientissime Lyden dilexisse, deq; eius obitu carmẽ scripsisse, de qua re multa Suidas, sed & Plutarchus in consolatione ad Apolloniũ poetam tradit, Antimachum Lyde uxoris titulo, quam uehementer ardebat Elegiam edidisse, qua se ipsum consolatus est. de hac Lyde Antimachi leges apud Apollonij cõmentatores, & Ouidiũ de tristibus. Nam

Homerum ipsum amasse, & amica quãdoq; oble ctatum docet Herodotus. ad hoc referendum esse Propertij sensum monstrat quod sequitur, Despicit & magnos recta puella deos. Ne ad Antimacum poetam Melicum cognomento psecam referam, uel illud suadet, q͏ hic propertianus Lynceus tragœdiæ stilum accõmodabat: quam fore ait ut omittat, & amores scribat, quando & Antimachus: & Homerus grandiloqui. & epici poete cupidinis œstrum senserint.

¶ Defensus Nicolaus Perottus, & cæteri in Pyramidum etymologia.


Cap. 99.

PYramidum etymon ἀπὸ τοῦ πυρὸς, idest igne deduci putarunt. Nicolaus Perottus, Domitius Calderinus, & alij non pauci. Quos refelli uideo a Iacobo Constantio asserẽte ex authoritate Stephani ἀπὸ τῶν πύρων nominari, idest a tritico: quod illuc conducens Rex penuriam fecit frumenti per uniuersam ægyptũ. Sed quom Amianus Marcellinus græcus homo in. xxij. historiæ suæ libro. id quoq; tradat, etymologiam hanc ulterius inprobandam non duco. Nã quod ἀπὸ τοῦ πύρος omnia deriuata corripi putat Constantius id in Pyrenæo non seruit Iuuenalis. Additur imperijs Hispania Pyrenæum Transilit.

¶ Non contradicere sibi Plinium in.v & .vij. mundanæ historiæ libro, in solutæ orationis authore. Cap.100.

DE Mileto Ioniæ urbe scribens Plinius sic inquit in.v. Nec fraudāda ciue Cadmo, qui primus prosaicam orationem condere instituit, idem in.vij, hoc Pherecidi syrio dat. in quo sibi contradicere quibusdam putatur. Sed illud considerandum est Plinium alienas opiniones recitare, unde quom Miletum laudaret, id sibi in urbis cōmendationem tacendum non cogitauit. quando non solum Cadmo & Pherecydi: sed & Hecatæo hoc tribuat Strabo. Vtrumq; amplectens Plinius, ibi de Cadmo memorauit: ubi maxime locus requirebat. Hoc faciunt interdum & alij: quibus errori non uertitur.

¶ Apposuimus hic indicem eorum: quæ in toto pugillari notabilia continentur: non quod hunc uulgo tritum morem probemus. (Nā liberum esse debet lectori, quod annotet.) Sed id fecimus propter marginum angustiam.



Beatitud


Errata.

In ep'la uers.17.uestus.uestris, Ex indice cap. 36.Mon.Non.Item cap.55. inducendū alterum de.Item cap.64.libri.libro.& pasiphae, nō pasiphæ.cap primo uersu.17.bætsiare.hæsitare, cap. 5.uers.11.ueredicaq3.uerid.cap.6.uers.19. uiuencos.iuuencos.cap.13.uers.3.plininaq3 plinianaq3 16.2. Cirum.circum. ibidem pulcherrimi.pulcherrima.19.8, Phygini:Hygini. 23.2.noctræ.nostræ.31.17, Gonstāt.Constant.32.5, sint.finit.39.8.Suijdas.Suidas.& panacea.non pancaea.45.21.Calicula.Caligula.65.12.Myscelle, Myscello.72.5.docui.docuit.74.7.18.24.77.33. Musæus.Hesiodus:& Hes,79.20.Næua.Nænia.81 3.delendum rum.91.9. Turuus. Turnus.95.22. fieri.fieri.ibidem.64.testimoniā nium. in ultimo elencho.Melicius.Melicus.inuersas a typographis literas.nō nullas orthographiæ cæcutiones, omissos, uel male admissos punctus lectori linquimus, qn̄ nullius impressor ita lynceus esse possit, quin interdū hallucinet̄. qui legisti opto ualeas.

¶FINIS.

¶Excudebat Anconae Bernardinus Gueraldus. Anno Salutis. M.D.XXII. Cal. Ianuarij.

✤✤
✤



FINE